Bodleian Libraries
UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries
and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks

This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-
ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

= R 1 $\frac{30}{2}$

= R. 10. 4° $\frac{18}{1(2)}$

2212 c. $\frac{10}{1(2)}$

5030 . 1787 = C Read 23 / 1(2)

MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

BODL: LIBR.
FOREIGN
PROGRESS

AVCTORVM ANTIQVISSIMORVM TOMI I PARS POSTERIOR

EVGIPPII VITA SANCTI SEVERINI

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXXVII

MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

AVCTORVM ANTIQVISSIMORVM TOMI I PARS POSTERIOR

EVGIPPII VITA SANCTI SEVERINI

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXXVII

EVGIPPII

VITA SANCTI SEVERINI

RECENSVIT ET ADNOTAVIT

HERMANNVS SAVPPE

BIBLIOTHECA BODLEIANA

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXXVII

R. 10. 4°. 1/1(2)

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

SANCTVS
AMOR PATRIAE
DAT
ANIMVM.

FRANCOFVRTI A. M.
XIII. KAL. FEBR. MDCCCXIX.

PROOEMIUM.

Quam turbulentus in Norico ripensi rerum status omnium saeculi quinti parte altera fuerit, Eugippius, testis oculatus, in eis, quae de vita S. Severini scripsit, luculentissime exposuit. In ripa enim septentrionali Danuvii, Norico ripensi, quod fere a Batavis castris (Passau) ad Asturis oppidum (Klosterneuburg) et Cetium montem pertinebat, opposita, Rugi consederant, qui ne flumine traiecto diriperent omnia atque infestarent, incolae provinciae romanae precario tantum impetrabant. Namque praesidia militum romanorum, quae antea fuisse in Notitia dignitatum occidentis legimus, non iam in oppidis erant (Eugipp. c. 20) et si qui milites reliqui erant, ne a praedonum quidem latrociniis tueri incolas audebant (c. 4).

Ita factum est, ut Romani barbaros pactionibus factis in oppida reciperent et cum eis coniuncti aliorum incursiones hostium arcere conarentur (c. 2), eoque modo et Favianis et oppida complura alia in Rugorum potestatem venisse verisimile est (c. 31 § 1. 42 § 1). Neque vero Rugi tantum perpetuo imminebant, sed etiam Alamanni,

Thuringi, Heruli, Gothi crebris incursionibus omnia infesta atque incerta reddebant (c. 19, 1. 25, 3. 27. 31, 4. 24, 3. 22, 4. 17, 4). Itaque Quintanenses oppido suo relicto Batavis sedes transtulerunt, paulo post vero cum maxima parte Batavinorum et incolis aliorum oppidorum Lauriacum commigrarunt (c. 27, 1. 28, 1. 31, 1), denique omnes etiam hoc oppido relicto Feva Rugorum rege auctore et Severino rem omnem moderante in oppida Norici magis etiam orientem versus sita concesserunt (c. 31). Magistratuum romanorum, ducis praecipue Pannoniae primae et Norici ripensis (Not. dignit. occid. 1, 40. 5, 138 S.), nec vola nec vestigium ullum apparet: nam quod R. Pallmann (hist. migr. popul. 2 p. 390 sqq.) Pierium comitem provinciam administrasse opinatus est, quem Romanos a. 488 in Italiam ex Norico deduxisse Eugippius tradidit c. 44, 5, comitem eum domesticorum fuisse Anonymus valesianus testatur, eos vero comites saepe ad res in provinciis ordinandas missos esse ex eis intelligimus, quae Ammianus 15. 3, 10. 5, 22 narrat (cf. E. Boecking ad Notit. dign. occ. p. 395). Quare quod Odoacer a. 488 Romanis e Norico in Italiam migrare iussis Noricum non iam ad imperium romanum pertinere aperte declaravit, id re ipsa iam dudum factum erat.

Turbulentis igitur illis temporibus haud multo post Attilae mortem (a. 452) Severinus monachus in eas regiones venit et usque ad d. 8. m. Ianuarii a. 482, quo mortuus est (cf. c. 43, 9. 44, 6. Pallmann l. d. p. 413), non tantum monasteriis in oppidis compluribus institutis permultos ut severa disciplina coerciti pietatis operibus vitam dicarent permovit, sed vitae sanctitate et animi constantia summam et apud Romanos et apud Germanos, quanquam arianae addicti erant doctrinae, auctoritatem habuit. Nam etsi quae eius opera et consilio effecta esse Eugippius narrat discipuli pietate aliquantum exornata et in maius elata esse facile concedimus, tamen ea, quae de Odoacro et de Rugorum regibus tradidit, cum speciem veritatis prae se ferant, satis ostendunt, quanta omnes observantia virtutem viri sanctissimi reveriti sint. Atque Eugippii relatio confirmatur eis, quae Ennodius aequalis in vita B. Antonii monachi p. 418 Sirm. de eo dicit: mox tamen ad illustrissimum virum Severinum ignara fuci aetas (sc. Antonii) evolavit: qui, dum eum mulceret osculis, futura in puero bona quasi transacta relegebat (l. retegebat). Fuit enim, cuius meritis nihil esset absconditum. Anno vero sexto post Severini mortem (a. 488) *) cum Onoulfus, Odoacri frater, Fredericum, Rugorum principem, denuo vicisset, Odoacri iussu cum Romanis omnibus monachi quoque Severini Norici oppidis relictis in Italiam commigrarunt eoque etiam corpus magistri mandato eius obsecuti secum transtulerunt (c. 44, 5 sqq.). Quod paucis annis post Gelasii episcopi romani (a. 492—496) auctoritate in castello lucullano prope Neapolin

*) Quanquam alterum contra Rugos bellum, cuius quod sciam mentionem praeter Eugippium nemo fecit, quo anno gestum sit certum testimonium non exstat, tamen a. 488 parte priore evenisse iure videntur homines docti iudicasse, cum sub finem demum a. 487 Odoacer Fevam et Gisam captivos Ravennam deduxisse in chronico quod dicitur Cuspiniani dicatur (p. 667 ed. Mommsen), a. 489 autem Odoacri et Theoderici certamina in Italia initium habuisse certum sit.

mausoleo splendido a Barbaria, femina illustri et pia, condito illatum est atque in monasterio eodem loco constituto discipuli Severini severa eius praecepta secuti sunt (cf. Gregorii Magni epistol. 3, 19. 11, 31). Ei monasterio post Marcianum Eugippius praefuit (c. 37), qui per multos annos cum Severino in Norico vixerat (epist. ad Paschas. § 10. epist. Paschasii § 3. Qui cum a. 511, duobus annis post Importunum consulem (epist. ad Paschas. § 1: neque quidquam video causae esse, cur cum Fr. Rettberg hist. eccles. Germ. I p. 227 ea verba suppositicia esse existimemus, eaque genuina esse etiam Isidori verba quae infra adscribemus testari videntur) vitam Severini enarrare constituisset, quae vel ipse vidisset vel a maioribus natu monachis audivisset libello etiamnunc superstite breviter complexus est, cuius gravitatem et praestantiam Fr. Rettberg l. d., W. Wattenbach de fontibus hist. german. 1[3] p. 39 sqq., M. Büdinger hist. austriacae 1 p. 47 sqq., A. Ebert hist. liter. lat. christian. p. 431 sqq., Iul. Iung de Romanis et Romanensibus ad Danuvium p. 188 sqq., ut alios taceam, iustis laudibus extulerunt. Praeter hanc vitam Severini eius Excerpta quoque ex libris S. Augustini valde probabantur: cf. Cassiodorius divin. lectt. c. 23: convenit etiam, ut presbyteri Eugippii opera necessario legere debeatis, quem nos quoque vidimus, virum quidem non usque adeo saecularibus literis eruditum, sed scripturarum divinarum lectione plenissimum. Hic ad parentem nostram Probam, virginem sacram, ex operibus S. Augustini valde altissimas quaestiones ac sententias ac diversas res deflorans in uno corpore necessaria nimis dispositione collegit et in trecentis undequadraginta capitulis collocavit. Notker Salomoni tertio scribit: Et quod prae omnibus utile tibi puto, acquire Eugypium, qui ex omnibus libris profundissimi et penetralissimi eiusdem Augustini in omnem auctoritatem divinae scripturae utilissimum et valde necessarium volumen collegit (Pez, thesaurus anecdot. noviss. I[a] p. 9[b] = Dümmler, Formelbuch des Salomo III p. 65). Nam auctorem vitae Severini et Excerptorum ex Augustini libris unum eundemque esse, de qua re fuerunt qui dubitarent, Ioh. Mabillon analect. 2 p. 11 docuit. Qui liber Basileae 1542 et Venetiis 1543 editus in Patrologiae mignianae vol. 62 denuo typis descriptus est. Etiam regulam monachis suis scriptam reliquit, teste Isidoro de viris illustribus c. 34 (ed. Arevali 7, 153): Eugipius, abbas lucullanensis oppidi Neapoli Campaniae. Hic ad quemdam Paschasium diaconum libellum de vita Sancti monachi Severini transmissum brevi stilo composuit. Scripsit et regulam monachis consistentibus in monasterio S. Severini, quam eisdem moriens quasi testamentario iure reliquit. Claruit post consulatum Importuni iunioris Anastasio imperatore regnante. quem secutus Honorius Augustodunensis de luminaribus ecclesiae c. 15 (p. 86 ed. Fabricii) haec habet: Eugippius abbas composuit vitam S. Severini monachi et regulam monachis. Atque magnam eum apud multos venerationem habuisse ostendunt epistolae Dionysii Exigui et Ferrandi diaconi carthaginiensis. Dionysius enim Eugippio presbytero, domino sanctissimo et plurimum venerando, scribit se

eius rogatu Gregorii Nysseni librum περὶ κατασκευῆς ἀνθρώπου (de condicione hominis) e graeco sermone in latinum transtulisse (cf. Io. Mabillonii anal. 2 p. 1). Ferrandus autem epistolam dogmaticam adversus Arianos aliosque haereticos ad Eugippium scripserat, quam A. Maius in nova collect. 3, 2 p. 169 sqq. ex codice casinensi edidit (Domino beatissimo et debita caritate peculiariter honorando sancto patri Eugippio presbytero Ferrandus exiguus in domino salutem). Atque eiusdem aliam epistolam eisdem verbis inscriptam nuper A. Reifferscheid in ind. lectt. hiem. vratislav. 1871/2 p. 6 sq. ex alio codice casinensi edidit, qua se iussu Eugippii campanam mittere scribit.

Vita vero Severini, postquam publicata est, multum lectitata est atque omnia, quae de Severino memoriae prodita sunt, si Ennodii locum supra adscriptum excipimus, ad Eugippium videntur referenda esse. Sic Anonymus Valesianus, vel si G. Waitz sequimur (Soc. lit. gotting. ind. menstrui 1865 p. 112) Maximianus, episcopus Ravennas (a. 546—552), quae de Severino et Odoacro § 45—48 narrat, omnia se ex Eugippii libro desumsisse ipse dicit (§ 45): de quo ita invenitur in libris vitae beati Severini monachi intra Pannoniam. Cf. Eugippii vita c. 7 et 32. Deinde Isidoro Hispalensi, mortuo a. 636, eam notam fuisse paulo ante vidimus. Etiam Paulus Diaconus ea usus est, nam et in histor. miscella l. 15 (p. 968 Migne) Odoacro Severinum regiam potestatem praesagivisse fere eisdem verbis narrat, quibus Eugippius c. 7 eam rem tradidit. Atque ea quoque, quae in historia Longobardorum 1, 19 habet: in his Noricorum finibus beati tunc erat Severini coenobium, qui omni abstinentia et sanctitate praeditus multis iam erat virtutibus clarus. Qui cum eisdem in locis ad vitae usque metas habitasset, nunc tamen eius corpus Neapolis retinet, eum Eugippio debere, ea docent quae deinde de Feletheo, qui dictus est Feva, et Gisa, eius uxore, narravit. Qua vero pietate in monasterio illo lucullano ipso liber Eugippii lectitatus et servatus sit, hymnus ostendit, quem A. F. Ozanam in documentis ineditis historiae literariae italicae (Parisiis 1850) p. 241 sqq. (cf. p. 107) publicavit, desumtum illum ex codice vaticano 7172 saeculi noni (v. Ozanam p. 105). Cuius auctorem cum prope omnia Eugippio debere appareat, eum editioni huius vitae addendum esse putavi, singulis locis, quibus auctor usus est, in margine indicatis.

Atque per totam Italiam vitam Severini divulgatam et saepissime descriptam esse multitudo codicum demonstrat, qui adhuc superstites sunt, et id ipsum, quod multum lectitabatur, videtur effecisse, ut antiquiores perierint, postea tantum descripti, cum studium libelli sensim sensimque refrixisset, servati sint. Neque enim in Italia codex ullus saeculo decimo antiquior hucusque inventus est. Quis vero mirari possit, quod etiam in eis regionibus, in quibus Severinus olim vixerat, Eugippii vitam magno plausu exceptam studiosissimeque et lectam et descriptam esse patet? Atque iam a. 903 d. VIII. m. Septembris Burchardus patavinae (Passau) ecclesiae praesul Vitam Sancti Severini confessoris a Madalwino chorepiscopo traditam accepit (Monument. boicor. 28, 2 p. 200 sq. cf. Wattenbach. l. d. p. 43). In bibliothecis vero monasteriorum, quorum in utraque ripa Danuvii inter Passavium et Vindobonam numerus satis magnus

est, fere omnium codices Eugippii etiamnunc servantur, ex aliis in bibliothecas vindobonensem et monacensem translati sunt. Quos codices si inter se conferimus, etiam in hoc libro evenisse facile intelligimus, quod fere omnibus accidisse videmus, qui temporum decursu saepissime descripti sunt, ut sensim sensimque vel ignorantia vel socordia vel licentia describentium valde corrumperentur. Neque mirum est, quod in magno codicum Eugippii superstitum numero nullus exstat, in cuius bonitate acquiescere ita possimus, ut reliquorum subsidio non opus sit, nam inter librum Eugippii manu scriptum ipsius et vetustissimos eorum, qui exstant, plus quadringenti anni interpositi fuerunt, quibus libellum saepissime descriptum et complura codicum, ut ita dicam, saecula interiisse verisimile est. Atque corruptionis initia valde antiqua esse paulo post ostendam. A. Bethmann autem, qui Eugippii in monumentis historiae germanicae edendi olim curam in se susceperat, triginta codices vel ipse contulit vel collatos ab aliis cognitos habuit, quorum lectiones ad Pezii editionem accommodatae et discriptae mihi praesto fuerunt. Quorum codicum eos, qui in monasteriis ad Danuvium sitis exstant, ex quorum uno, mellicensi, Hieronymus Pez in scriptorum austriacorum vol. 1 p. 64 sqq., adhibitis etiam tribus aliis, lunaelacensi florianensi sancrucensi, librum edidit, corruptissimos esse neque ulla fide dignos iure existimavit. Itaque eorum lectionibus prorsus omissis accurato eius rationis, qua vita Severini nobis per temporum decursum tradita est, intellectui magis prospici putavi, quam obscuratis earum multitudine graviorum codicum lectionibus. Sed etiam inter codices italicos, quos integriores et fide digniores Bethmannus esse intellexit, delectum habendum esse existimavi. Nam, quod Bethmannus ipse vidit, codex tabularii lateranensis (*L*) reliquis et vetustior est et multo praestantior, ita ut eum fundamentum esse huius editionis voluerim. Passionale est quattuor tomis constans, saeculo decimo in chartis pergamenis formae maximae binis columnis scriptum, numero 79 notatum. Manus haud multo recentior nonnulla mutavit et indicem capitis decimi atramento nigro addidit, cum reliquorum capitum indices et literas primas rubro colore prior adscripserit. Hugo Hinck eum summa diligentia cum editione A. Kerschbaumer (Scaphusiae 1862) contulit atque Hinckii accurationem haud paullo maiorem bethmanniana fuisse compluribus locis codice denuo inspecto apparuit. Quanquam vero eum praestantissimum esse demonstrari potest, tamen pauca quaedam errore librarii vel omissa vel minus recte scripta sunt, ita ut aliis codicibus collatis opus sit. Quare eius lectionibus addidi vaticani 5772 (*V*) lectiones, qui liber fuit S. Columbani de Bobio, et ipse saeculo decimo exeunte sive undecimo in chartis pergamenis formae maximae binis columnis scriptus. Is indicibus capitum caret neque epistola Paschasii addita est. Etiam hunc codicem Hugo Hinck sua diligentia, hoc est, maxima cum editione Kerschbaumeri contulit. Tertius ad lateranensem et bobiensem accedit mediolanensis ambrosianus (*M*), in chartis pergamenis formae quaternariae saeculo undecimo sive duodecimo scriptus, a Benedicto Niese cum eadem editione accuratissime collatus. Ne hic quidem indices capitum et epistolam Paschasii continet. Atque ut horum codicum duorum potissimum rationem haberem, duabus causis permotus sum. Primum enim cum in rebus gravissimis cum lateranensi fere eis conveniat, in aliis ab eo ita

discrepant, ut alius originis indicia habeant et pauca quaedam emendatiora et pleniora exhibeant, quam lateranensis et reliqui omnes, inter quos ab eorum similitudine proxime codex S. Emmerami ratisbonensis abest, quem M. Welser in editione sua (Augustae Vind. 1595) secutus est, et codex Nicolai Belfort, quo Bollandus in Actis Sanctorum (vol. 1 p. 483) se usum esse dicit. Altera causa haec fuit, quod horum codicum lectiones ab Hinckio et Niesio ita enotatas esse videbam, ut quid in eis scriptum exstaret certissime constaret, cum in congerie Bethmanni undique collecta et ad Pezii editionem operosissime accommodata haud paucos errores inesse intelligere mihi viderer. Atque in horum codicum, lateranensis bobiensis vaticani mediolanensis testimoniis acquiescere volebam, cum ab I. Friedrich in historiae ecclesiasticae Germaniae vol. 1 p. 432 sqq. cum codices Eugippii monacenses omnes, tum quattuor folia codicis saeculo nono scripti summis laudibus efferri eamque recensionem emendatissimam perhiberi vidi. Continent ea folia (cod. lat. 1044), prima duo et postrema duo unius quaternionis, epistolam Eugippii et c. 1 § 2 roboratus — c. 4 § 3 ceperis atque c. 14 § 1 fidei — c. 22 § 3 presbyter haec, sed c. 2 § 2 servata — c. 3 § 1 a tan et c. 16 § 1 Accidit — § 2 abscessissent abscissa sunt. Itaque Carolum Halmium, veterem amicum, precibus adii, ut mihi quattuor illa folia Gottingam mitteret. Quod cum benignissime fecisset, eis foliis magis cum codicibus *VM* quam cum *L* convenire, propius etiam ad similitudinem eius accedere, ex quo welseriana expressa est, sed haud raro ea habere, quae literis exemplaris propositi vel male vel non intellectis utcunque fieri posset reddita, interdum coniectura temere substituta essent, facile perspexi. (Notavi litera *D*.) De qua re ut etiam aliis persuadeam, pauca exempla afferam. Sic epistolae ad Paschasium § 7 extrema in codd. *VM* verba addita sunt: tamen quid hinc ab ineunte aetate cognoverim non tacebo, sed in *D* (h. e. Decurtato) est: tamen quid hinc habendum etate cognoverim non tacebo. § 11 non solitudinem, sed sollicitudinem habet, deinde *LVM*: sicut ipse clauso sermone tanquam de alio aliquo referre solitus erat, Pezius cum codd. a Bethmanno collatis plerisque: sicut ipse causas perventionis suae tanquam de alio loqueretur referre solitus erat, Bollandus cum codice ut videtur Belfortii: sicut ipse causa secretiore tamquam de alio loqueretur ferre solitus erat, *D* vero: sicut ipse causa servitione tanquam de alio loqueretur ferre solitus erat. Vitae 1 § 3 hospitium *LVM*: hospitem *D* § 4 artissima *LVM*: notissima *D* § 5 discussus *LVM*: diu usus *D* 3 § 3 evidentius *LVM*: videntibus *D* 17 § 3 mirabili *LVM*: miraculi *D* 19 § 4 internuntius *LVM*: iterum nuntius *D* § 5 repertus *L*: reperturus *VM*, recepturus *D*. Itaque quod I. Friedrich de hoc codice iudicavit, probare non possum neque omnino monacensium codicum recensionem iustis ille videtur laudibus extulisse. Ecquis enim pro veris habebit, quae hic lectionibus a me probatis singulis locis subieci? Paschasii ep. § 2: posterorum (nesciunt enim facta priorum praeterire cum saeculo), ut omnes praesentem habeant et secum quodammodo sentiant commorari, quibus eum relatio pervexerit lectionis] posterorum. Nesciunt facta priorum praeterire cum seculo, sed ita perdurant, ut omnes res quandam sui

exhibeant praesentiam per lectionis necessariam vel compendiosam frequentiam. Vitae 1 § 1: in vicinia Norici Ripensis et Pannoniorum parvo, quod Asturis dicitur, oppido] in vicinio Norici ripensis et Pannoniorum partibus, quod Asturis dicitur, oppido 3 § 1 venire] ventum ire 4 § 5 cives tantum ab opere dei nec prospera nec adversa retraherent] si cives tantum ab ore dei n. pr. n. a. r. § 9 in illis regionibus] nullis regionibus § 11 Ut aliquid boni possimus, eligimur] ut aliquid boni possimus. Iam, ut speramus, a domino Iesu Christo elegimur 5 § 2 pacem appetere etiam minimorum] p. a. etiam inimicorum brachium suum] brachii sui § 3 turba latrocinantium barbarorum — captivasset] turba latrocinantium et barbari — captivassent 6 § 2 veste — se velociter exuens] vestem — se velociter exuens 9 § 3 sciens adversarium saepe subrepere sub nomine sanctitatis. Episcopatus quoque honorem] sciens adversarium saepe surripere, ac sub nomine sanctitatis episcopatus quoque honorem 11 § 1 armarentur] erudirentur (sed cf. c. 25 § 3) § 5 claruisse] caruisse 12 § 1 locustae — insederant copiose noxiis morsibus cuncta vastantes] locustae — noxiis morsibus cuncta erant vastantes § 2 quae docet] et exsequi potestis § 6 intercessionibus eorum delicti sui veniam fusa lamentatione poscebat] intercessiones eorum fusa lamentatione poscebat 20 § 1 in itinere peremptos] interemptos 24 § 2 perge velocius] perge velociter (cf. indicem gramm. s. v. comparativus) capientur] caperentur 25 § 1 frequentare solitus cum venisset et — moraretur] frequentare solitus est et cum — moraretur 26 § 2 vitae mortalis est compedibus absolutus] vitae mortalis est compendiis absolutus 28 § 2 elementum] alimentum 29 § 2 mox cupitum reserat iter] et mox cupitum iter gerebat § 3 recenti vestigio] regente vestigio 30 § 4 silvarum occultati nemoribus] silvarum occultatione morantes § 5 gratiam viguisse propheticam; isset nempe tunc plebs inoboediens universa captiva] gratiam viguisse prophetiae, cum esset uno impetu plebs inobediens universa captiva 32 § 1 litteras dirigens, si qua speranda duceret, dabat suppliciter optionem] litteras dirigens dabat suppliciter optionem, ut vir dei aliquid ei imperare vellet § 2 integer inter] interimitur inter. Quas huius capitis lectiones nihil nisi interpolationes esse Anonymi valesiani testimonio certissime demonstratur: priorem inde ortam esse, quod sperare pro orando ab Eugippio dici non intelligerent, c. 43 § 4 ostendit, ubi pro eo, quod est in *LVM* sperate, in codd. monacensibus et aliis permultis (Velseri, pezianis, N. Belfortii) est orate, sed 19 § 4 omnes habent quid speraret. Alterum vero illud interimitur quomodo ortum sit, aliquo modo eo explicatur, quod in eis quae statim sequuntur verbis integritatem eius regni significans cod. *M* habet: interim eius regnum significans, ut compendia quaedam videantur non intellecta esse. Sed pergamus notabiliora codicum monacensium vitia recensere. 33 § 1 diuturno languore] diurno languore 36 § 3 iactantiae vanitatem] iactantiae veritatem correptus a daemone] correctus a daemone (vanitatem et correptus unice vera esse et sententia docet et Sulpicius Severus) 39 § 1 et propriam noctis principio psalmodiam] vel primam et propriam noctis principio psalmodiam (vel primam variam lectionem esse voci propriam sive superscriptam sive in margine additam eo comprobatur, quod in duobus codicibus et primam noctis principio psalmodiam scriptum esse

I. Friedrich testatur) 43 § 7 et verbo gratiae eius] et verae gratiae eius (Acta apost. 20, 32: καὶ τῷ λόγῳ τῆς χάριτος αὐτοῦ) in omnibus sanctificatis] in sanctificationibus (Acta: ἐν τοῖς ἡγιασμένοις πᾶσιν) 44 § 5 immemor] immemor fuit § 6 in quo nulla aromata fuerant, nulla manus accesserat condientis] in quo nulla fuerant aromata condiendo 45 § 2 nutu signove pulsatus] vel manu vel signo pulsatus 46 § 5 cum sanitatem post immanissimum languorem recipere pro incessabili capitis dolore non posset] cum sanitatem post inmanissimum capitis dolorem recipere non posset § 5 extr. sufficiat tria — retulisse miracula] sufficiant ista — retulisse miracula. Quae paene omnia I. Friedrich sibi potuisse persuadere vera esse sane mirum est. Ego vero haec omnia exscribendi laborem non mihi defugiendum esse existimavi: ita enim futurum fuisse omnes intelligent, ut horum aliorumque codicum multorum lectionibus additis, quae A. Bethmanni diligentia enotatae ad manus erant, nihil nisi vel taedium moveretur vel criticae rationis intellectus obscuraretur. Sed ut *LVM* reliquis codicibus multo praestantiores esse apparuit, sic *L* testem fide digniorem quam *VM* esse iam paucis demonstrandum est. Et quanquam qui *M* scripsit de sententia saepe magis quam de verbis sollicitus rem levius egit quam *V* codicis scriptor, multarum communitate diversitatum efficitur, ut aestimatio coniungi possit. Epist. Eugippii § 2 animo promptiore mandavit] animo prompto remandavit *VM* ederet] scriberet *VM* maerore] timore *V* (cf. 28, 4 stupore] timore *V*) § 3 illo quo profluis orationis] illo pro quo fluis orationis *V*, ilico profluis orationibus *M* (cf. c. 19 § 4) nequaquam] non *VM* § 4 compositione vix praeparans] comparatione vix comparans *M* § 7 unde] ut inde *VM* § 9 cum potius — facilius possit evitare] cum possit — facilius vitare *VM* qua si me indignum veraciter designare cognoscis, quid te necesse est terrenam cognoscere, quam quaeris?] quam si me indignum desiderare cognoscere quam requiris *VM* (Eodem modo exciderunt in *M* c. 22 § 3 a p e r t a — d e l i c t o r u m et c. 27 § 1 S e d — p r a e d a r e n t u r, in *VM* c. 31 § 1 per homoeoteleuton e x q u i b u s — F a v i a n i s, in *M* c. 31 § 5 v e l g l a d i o — r e d i g i, in *M* c. 35 § 1 b e a t i S e v e r i n i — i n h a e r e b a t, in *M* c. 37 § 2 i n d i c a n t i b u s s i c u t s i g n a v e r a n t, in *M* c. 44 § 7 s o r t i t i s u n t — r e g i o n i b u s, in *M* c. 46 § 3 o c c u r r i t — q u o) semper] saepe *M* Vitae c. 1 § 2 ut propter hostium insidias — misericordiae fructibus inhaererent] ut hostium insidias — miseriae fructibus inhiberent *VM* inquinati] inclinati *VM* 3 § 3 quae — mox solutae] qua — mox soluta *VM* (cf. § 3 extr.: glaciali solutas frigore) 4 § 6 verbis instituens] verbis instituens animas auditorum *VM* § 7 deo propitio inhaereret] deo propitius inh. *V*, propius inh. *M* 5 § 3 latrocinantium barbarorum] latronum *VM* (cf. c. 4 § 1 praedones barbari) 8 § 4 petitura] poscens *VM* § 6 promittens] promittentes *VM* 9 § 4 retrorsum respiciendo] retrorsum aspiciendo *VM* 10 § 1 imminenti periculo non carebis] ab imminenti periculo non cavebis *VM* § 2 cellula] cella *VM* scameras] scamaras *M*, se amaras *V* 11 § 5 liquabat] liquavit *VM* 12 § 1 caelitus] divinitus *M* (cf. c. 11 § 5) § 4 iacebat] habebat *M* totoque] toto *M* quanti] quantum *M* 13 § 1 appellabatur] appellatur *VM* (cf. ad c. 24 § 1) reddituri] dicturi *M* concussis] excussis *VM* alterutra ferri ac petrae collisione] alterutra ac petrae c. *V*, alterutra hac

p. c. *M* 14 § 2 merear veniam — invenire] merear veniam *V* 15 § 1 loci eius] eiusdem loci *M* § 2 tabulatis] super tabulata *VM* § 3 postes facta oratione percussit] post haec facta *M* (cum literae e s v. p o s t e s in cod. *L* manus secunda in litura addiderit, in communi codicum *LM* archetypo videtur per errorem p o s t e c scriptum fuisse) § 4 viciniam] vicina *M* 16 § 2 miles] milites *V* domino] domino sibi *VM* § 3 potuisse] posse *VM* pietatis] pietas *V* 17 § 2 angustiam] inopias
s o s p i t a t e
angustias *M* (cf. c. 33 § 2 o r a t i o n e ore *M* et s a n i t a t e *V*) § 3 perceperat] acceperat *M* permaneret] maneret *VM* 18 § 2 ex illo decimas die promissio] ex illo decimas hęc promissio *VM* 19 § 2 desideranter] et desiderandum *M* nunquam semet] nunquam se nec *V*, se nunquam nec *M* § 5 quantus — repertus fuisset numerus] quantos — reperturus fuisset numeros *VM* a] ex *VM* 21 § 1 excurrente] latius (s. lacius) excurrente *VM* § 2 coegerunt] elegerunt *VM* sacerdotii] sacerdotis *VM* 22 § 2 deferetur] deferretur *VM* § 3 illis] eis *M* repletus] plenus *VM* dicto] audito *M* 23 § 1 eos] eorum *M* 24 § 1 amplius] eo amplius *M* mox enim] mox *M* § 2 praesagio] nuntio (s. nuncio) *VM* dilatione] dubitacione *V*, dubio *M* § 3 vastantes] vexantes *VM* 25 § 1 diebus aliquot] aliquot *V* grave repente excidium] grave repente exicium *M*, repente exitium *V* § 2 praestructus] perstructus *VM* (sed cf. c. 28 § 1 et 30 § 1) § 3 cordis] carnis *V* 26 § 1 perrexerat] pervenerat *M* 27 § 2 instruxerunt] construxerunt *VM* § 3 discedamus]
łquippe
descendamus *V* 28 § 2 elementum] alimentum *VM* § 3 quippe] itaque *M* § 5 numerum vasorum] numerum *VM* 29 § 1 includeret] excluderet *VM* § 2 effigiem viri dei] q u e n d a m i n e f f i g i e (s. e f f i ę) v i r i d e i *VM* § 3 ductus] ducatus *VM* 30 § 1 compulsa] cōmpulsus *VM* § 3 noctis] hoc *M* § 5 isset] esset *VM* protestante] attestante *M* 31 § 6 in romani soli provinciam] in romanis (romanos *M*) ad suas provincias *VM* 32 § 1 si qua] quae *VM* § 2 integritatem eius regni] integri eius regni *V*, interim eius regnum *M* 33 § 1 primum] plurimum *M* § 2 semivivus allatus fuerat] semivivus reliquerat allatus fuerat *V* 35 § 1 imbecillitate plurimum praegravatus medelam] imbecillitatem plurimam patiebatur medelamque *VM* aegre ferens] egros ferens *M* § 2 videre] videndi *VM* 36 § 2 aut] vel *M* (cf. c. 44 § 3 autem] vero *M* § 4 atque] et *VM* § 5 tanquam] quasi *M*) 38 § 2 signo crucis obducto] signo crucis *M* 40 § 2 ut se] quo se *VM* § 5 et tolletis] tollite *VM* § 6 comprobavit] demonstravit *M* 41 § 1 celebranda] veneranda *M* 42 § 1 idem] ille *M* temeritate] severitate *M* § 3 per momenta] per monita *VM* durantibus] laborantibus *M* aeternae vitae] aeterna *M* 43 § 2 singulos] singulorum *VM* § 4 examinatione] examine *VM* § 6 affatu] affectu *V* § 7 conservare] consolari *M* § 9 praeterire] praeteriri *VM* (cf. c. 41 § 2) 44 § 6 unanimiter] humaniter *VM* § 7 idem iter] eundem iter *V* 45 § 2 et orasse et] et orasset *VM* 46 § 1 multo honore] cum multo labore *VM* § 2 occurrente] occurrentibus *M*. — Quae omnia quanquam *L* accuratius quam *VM*, satis propinqua illos cum eo cognatione coniunctos, scriptum esse ostendunt, tamen ea praestantia non tanta

est, ut his duobus codicibus supersedere possimus. Nam primum in *L* quaedam exciderunt, quae cum ad sententiam prorsus necessaria sint feliciter accidit ut in *VM* exstent. Sic c. 9 § 3 *M* unus verba servavit: reliquiasque sanctorum ab eo suscipiens viro dei detulit, quibus non additis reliqua intelligi non possunt eaque ab Eugippio scripta esse id quod praecedit se testatur, quod, cum illa verba casu in aliquo codice tempore satis antiquo excidissent, a librario, qui eum codicem descripsit, in illum s. eum mutatum est, ut Welserus dedit et in aliis codicibus multis habetur. Deinde c. 17 § 4 verbis vario cum obsidentibus Gothis certamine, quae in *V* exstant, carere non possumus, cum dimicantes sine illis locum tueri suum nequeat. *M* eadem verba suo more leviter mutata habet, *D* cum *V* facit. Porro c. 24 § 3 verba sed presbytero in *L* male omissa, in *VM* recte servata esse quae proxime sequuntur et reliquis atque presbytero evincunt. Denique c. 46 § 6 verba sunt curati et diversis obstricti languoribus in *VM* servata in *L* excidisse propter homoeoteleuton apparet, nam qui a daemonibus obsessi sunt, curantur, sanitatem recipiunt, qui diversis languoribus obstricti fuerunt. Haec si quis consideraverit, facile in eam opinionem deveniet, ut etiam aliis locis quae in *L* desunt, cum in *VM* exstent, Eugippii esse existimet. Nam epistolae § 7 non inepte videntur haec dici: de qua licet me fatear nullum evidens habere documentum, tamen quid hinc ab ineunte aetate cognoverim non tacebo. Cum multi igitur sacerdotes — quae quam antiqua sint miris corruptelis suis *D* et codd. monacenses ostendunt (quid hinc habendum a ceteris et a te cognoverim). Sed Eugippius si ab ineunte aetate apud Severinum fuisset, § 2 non dixisset ex notissima et quotidiana maiorum relatione. Deinde quae c. 1 § 1 post v. ambiguis de filiis Attilae adduntur: ac primum inter filios eius de optinendo regno magna sunt exorta certamina, qui morbo dominationis inflati materiam sui sceleris aestimarunt patris interitum, ut cum *L* omitterem me commovit, quod in eis quae Eugippius narrat Hunnorum filiorumque Attilae nulla prorsus exstat mentio, sed germanicae tantum gentes earumque reguli commemorantur, cum quibus Severinus egerit. Si enim Eugippius illa certamina eo loco commemorasset, eum puto etiam Hunnorum in eis quae sequuntur mentionem iniecturum et quid Severinus illo tempore egisset narraturum fuisse. Desunt vero illa verba etiam in codd. monacensibus. Denique c. 6 § 2 Severinus verbis consilium tamen do in *VM* addidisse haec traditur: tanquam misericordiam consecutus a deo. quae quanquam propter homoeoteleuton facile excidere potuisse concedendum est, tamen in *L* recte deesse existimavi, cum consilianti parum necessaria esse misericordiae divinae commemoratio videatur. Neque vero tantum quae supra commemoravi, cum in *L* non recte deessent, codd. *VM* testimonio nisus supplevi, sed haud ita paucis locis etiam minora quaedam menda codicis lateranensis illorum fide tollenda erant: epist. § 2 hac ego] huic ergo   Vitae c. 1 § 4 inierant] inierunt   2 § 1 sanctis] sancti   4 § 8 gratiae] gratia   § 9 media] medio   5 § 2 turberis] turbaris   6 § 5 desperato] desperata

7 § 1 deverterunt] devenerunt   8 § 5 minora petitur] miro patitur   § 6 monstrat] monstrans   9 § 4 pompae] et pompae   § 5 memorabat] memorabatur   10 § 2 dum

in] dum properanter] properantes 11 § 1 eveniret] adveniret § 2 civis] cuius (item c. 46 § 3) 12 § 4 ecclesiam] ecclesia 14 § 3 recepta] percepta 15 § 1 secundarum] fecundarum 16 § 2 dixerat] dixerant § 3 istic] istius credideras] credideris 17 § 4 nonnulli] nonnullam 19 § 2 adventu] adtentu § 3 absolveret] absolverent § 4 mirantis] mirantibus 20 § 1 id] idem § 2 iubens] iubet quem] quia cruore] cruorem 22 § 1 proferebat] praeferebat et ideo] video § 3 et] ut 26 § 1 gratia] gratiam effugeret] effugaret § 2 praemunitus] praemonitus 28 § 1 superiore parte] superiorem partem § 2 difficillimam] difficillima ibidem] idem 29 § 3 quanta] quanto 30 § 1 praestruxit] perstruxit § 2 Constantium] Constantinum commanentes] commonentes 33 § 2 mirante] migrante 36 § 2 auctorem] auctoritate § 3 diabolo] diaboli omnia illa] omnia (cf. Sulpic. Sev.) 43 § 2 infirmi] infimi 46 § 1 Italiam] Italia § 2 reverentibus] revertentibus § 3 in itinere] itinere. Haec menda omnia ita comparata esse apparet, ut inscitiae et errori oculorum tribuenda sint, non voluntati librarii. Videtur igitur ita existimandum esse, ut codices *L* et *VM* ex duobus apographis unius archetypi a plerisque mendis, quibus postea verba Eugippii deformata sunt, etiamtunc liberi derivandos esse iudicemus, quorum alterum, ex quo *L* originem duxit, maiore fide descriptum esset, alterum levitati, aliquando etiam voluntati scriptoris sui partem aliquam non illam ita magnam mendorum, quae postea in alia apographa vel irrepserunt vel illata sunt, acceptam deberet. Ne illud archetypum quidem prorsus immune errorum fuisse menda documento sunt trium codicum communia, in alterum vero apographum plura, in alterum pauciora illata fuisse diversitas ostendit, quam inter *L* et *VM* intercedere vidimus. Atque menda haud pauca antiquissima esse eis comprobatur, quae Anonymus Valesii e c. 7 excerpsit: nam eum quae in suo codice Eugippii non satis emendate scripta invenisset suo arbitrio correxisse C. Zangemeister recte videtur iudicasse (Mus. rhen. philol. 30 p. 314). Quare mirum non accidit, quod haud pauca vel a scriptoribus codicum recentiorum vel ab editoribus prioribus vel a me coniecturis emendanda fuerunt.

Ita factum est, ut in hac editione verba Eugippii formam a prioribus satis diversam induerint, similem illam aliquatenus welserianae (1595) et bollandianae, sed valde dissimilem pezianae, prorsus diversam a friedrichiana. Etiam ab A. Kerschbaumeri editione valde diversa est, quod mirum videri possit, cum eundem ille codicem lateranensem sequatur, sed eum negligentissime contulit, plurimos operarum errores irrepere passus est, quae in codicibus corrupta sunt, emendare non tentavit. Quae ego Eugippio tribui, aut in tribus codicibus, lateranensi vaticano mediolanensi (ad quos in exigua libelli parte folia quattuor monacensia accedunt), sic legi tenendum est aut unde petita sint quam accuratissime potui adnotavi. Si quid vero in eis, quae de lateranensis lectionibus dicuntur, a Kerschbaumeri collatione differt, H. Hinckio fidem habendam esse aio. Denique quod capitula, quae dicuntur, inter epistolam Paschasii et Vitam ipsam media posui, eum secutus sum ordinem, quem Eugippius ipse epistolae suae § 11 indicat: indicia vero mirabilis vitae eius, huic epistolae coniuncto praelatis capitulis commemoratorio recensita, fient, — cla-

riora. Ceterum scriptor codicis lateranensis haec capitula, quae eum non uno deinceps ordine scripsisse, sed singulis capitibus praemisisse supra dixi, non ex eodem codice sumsit, e quo verba Eugippii ipsa descripsit: nam qui 34 § 1 in verbis Eugippii est Teio, in capitulo nominatur Telo et 35 § 1 Bonus monachus commemoratur, cum in capitulo Bonosum nomen habeat, ut in codd. *VM*.

Sed ut a codicibus Eugippii ad librum ipsum eiusque artem revertar, de una maxime re mihi dicendum esse puto. Dubitari enim video, utrum Eugippius in vita Severini enarranda temporum ordinem secutus sit an eo neglecto res singulas, ut ei in mentem venissent, commemoraverit (cf. R. Pallmann hist. migr. pop. 2 p. 394). Ac primum quidem Eugippium intelligimus a prima, quam Severinus in Norico Ripensi habuerit, sede narrationem incipere (c. 1), deinde ad proxima, quae Comagenis evenerint, transire (c. 2 *cf.* 33), tum c. 3 adnectere, quae eodem tempore acciderint, atque c. 4 alia verbis per idem tempus addere. Non aliter extrema inde a c. 40 temporum ordinem accuratissime tenens enarravit. Sed etiam in eis, quae media interposita sunt, vestigia temporum ordinis servati certa exstant. Sic c. 6 § 1 vv. post haec et § 5 ex illo igitur tempore ostendunt c. 5 et 6 eum ordinem teneri et c. 7 rem eis, quae c. 6 extremo dixit, similem additurus eam ante hoc factum evenisse admonet. Postquam c. 5 Flaccithei mentionem fecit, c. 8 Feletheum, eius filium, regnum hereditate accepisse dicit eumque saepius usque ad c. 44 § 4 commemorat neque unquam ad Flaccitheum patrem redit. Paulinum presbyterum c. 21 commemorat eumque paulo post episcopum Tiburniae factum esse addit: c. 25 Severinum ad Paulinum episcopum epistolam scripsisse narrat. Atque c. 26 verbis post haec ad alia transit et c. 27 eodem tempore Quintanenses in Batavis oppidum sedes transtulisse narrat. Tum c. 27 § 3 Quintanenses cum maxima parte Batavinorum Lauriacum migrasse dicuntur. Deinde c. 28 Severinum narrat Romanis, qui ex variis urbibus ad superiorem partem Danuvii sitis Lauriacum confluxerant, ieiunia et eleemosynas commendasse atque pauperibus oleum dispertivisse. C. 29 vero pergit per idem tempus. Cum igitur in eis omnibus, de quorum ordine iudicare aliquo modo possumus, temporum decursum servari intelligamus neque quidquam, quod contra faciat, afferri possit, Eugippium omnia temporum ordine servato narrasse concludimus.

Breviter denique duas res, quae ad sermonem Eugippii pertinent, addo. Ex omnibus enim oppidis, quae commemorat, Lauriacum unum formam casus nominativi vel accusativi habet c. 27 § 2 et 28 § 1, ita ut etiam c. 18 § 1 forma, quae est Lauriaco, pro ablativo, qui ex particula, quae precedit, ex pendeat, habenda sit. Reliquorum nominum omnium ablativi ita usurpantur, ut eos pro nominativis usurpatos esse videamus: Asturis 1, 1. Comagenis 1, 3. Favianis 3, 1. Cucullis 11, 2. Iuvao 13, 1. Batavis 19, 1. Boiotro 22, 1. Ioviaco 24, 1. Consuetudo igitur eadem in illis regionibus tum pervulgata fuit, qua etiam apud Germanos gentes, urbes, oppida nomina habent, quae dativi speciem prae se ferunt, quo casu homines in eis nominandis fere uti consueverant. Cf. Iac. Grimm de nomine Hassorum aliorumque in hist. linguae germ. p. 402², A. Schott de origine nominum locorum germanicorum p. 4 sq.

Alterum hoc est. C. 35 § 2 mea est coniectura, quod scripsi: cui servus dei: 'Quid', inquit, 'expedit, fili —', cum *L* habeat cui servus dei inquit: 'Expedit, fili —', *VM* cui servus dei: 'Non tibi, inquit, expedit, o fili —'. Illud prius enim a consuetudine Eugippii alienum est, qui inquit nunquam orationi directae praemittit, altera lectio quanquam ferri potest, sententiae tamen minus convenire videbatur, quid vero propter similitudinem vocabuli proximi facile excidere poterat. Deinde 32, 2 scribendum esse conieci: 'Odoacer, inquit, qui integer inter tredecim et quattuordecim annos?' cum *L* habeat: Odoacer integer inter tr. et qu. a., *VM*: Odoacer, inquit, integer tr. et qu. a., Anonymus Valesii: Odoacer, qui, dixit eis, inter tr. et qu. a. Ne hoc quidem loco lectio cod. *L* ferri potest, cum Eugippius, ubi oratio directa infertur, aut inquit inserat (ut 31 § 4, 40 § 2. 3. 4, aliis locis permultis), aut ait, aiebat praemittat (ut 37 § 1, 43 § 1, 6 § 2, 14 § 2, aliis locis), raro inserat (12 § 2, 40 § 3), aut dicens, dicentis, dicentes praemittat (epist. § 8. vitae 3 § 1, 12 § 1, 43 § 7), rarissime vel dixit vel adiecit addat (15 § 3, 41 § 2), verbum dicendi nunquam prorsus omittat. Nam quod 31 § 3 pax, inquit, tibi, rex optime in editione Kerschbaumeri inquit omissum est, ut in *L* deesse opineris, id negligentiae tantum eius debetur, nam in *L* pariter atque in codicibus reliquis omnibus exstat.

Gottingae d. 25. m. Iunii a. 1877.

Hermannus Sauppe.

HYMNUS SANCTI SEVERINI ABBATIS.

Canticum laudis domino canentes
Hunc diem festum celebremus omnes,
Quo Severinus penetravit almus
Celsa polorum.

Quis stilo dives modulansque plectro
Cuncta signorum replicare possit,
Quae potens Christus studiis opimis
Contulit eius?

Inclitus vates nimiumque felix,
Saepius cui deus intimabat 11, 1.
Tunc ad oppressi populi salutem
Multa futura. 39, 1.

Voce praesaga laqueos latronum 4, 1. 5, 3. 10, 2.
Atque praedonum machinas retexens
Valde tutabat monitis supernis
Oppida fessa. 11, 1. 25, 3.

Dulce solamen miseris ministrans 3, 3.
Horridam pestem famis amputavit;
Barbara plures feritate victa 8, 5. 9, 1. 10, 2. 19, 3.
Solvit ab hoste.

Magne confessor, humilis magister,
Tu quidem normam monachis dedisti, 4, 6. 9, 4.
Calle demonstrans sobrio sequaces
Scandere caelum.

Codex habet 5 stylo 7 que 10 sepius 13 presaga 14 predonum 18 amputavit, *cf.* 18, 2 19 victor 24 celum

In tuis sanctis manibus refulsit 13, 2.
Caelitus lumen refluensque crevit
Ad tuos haustus olei liquamen 28, 2.
Fontis ad instar.

Condolens cunctos inopes fovebat, 17, 1.
Languidos sanans relevabat aegros: 6,1. 14,1. 33. 34. 38,2.
Omnis accedens salubrem medelam
Sumsit ab illo.

Tuque Silvinum loculo iacentem, 16, 4.
Fratribus coram precibus peractis,
Morte devicta redire fecisti ad
Gaudia vitae.

Cereos flamma fidei cremante 11, 3.
Arguit sanctus pater infideles:
Nosque flammescunt deitatis igne
Algida corda.

Cuius ad funus veniens sacratum
Mutus accepit modulos loquelae, 45, 1.
Caecus exsultat procul ambulantes 46, 4.
Cernere notos.

Neapolis, gaude redimita festis,
Plaude caelestem retinens patronum,
Quem tibi summum decus et iuvamen
Praestitit auctor.

Huius o clemens meriti creator
Gloriam nobis veniamque confer,
Quo tui cultus super astra semper
Luce fruamur.

---

26 celitus 30 egros 33 sylvinum 35 redire] *immo* regredi 39 nosque] *immo* moxque, *cf. c.* 11, 5 42 loquele 43 cecus exultat 46 celestem 48 prestitit

VITA SEVERINI.

Epistola Eugippii presbyteri ad Paschasium diaconum.

Domino sancto ac venerabili Paschasio diacono Eugippius in Christo salutem. 1
Ante hoc ferme biennium, consulatu scilicet Importuni, epistola cuiusdam laici nobilis
ad quendam directa presbyterum nobis oblata est ad legendum, continens vitam Bassi
monachi, qui quondam in monasterio montis, cui vocabulum est Titas, super Arimi-
num commoratus, post in Lucaniae regione defunctus est, vir et multis et mihi notis-
simus. Quam epistolam cum a quibusdam descriptam cognoscerem, coepi mecum ipse
tractare nec non et viris religiosis edicere, tanta per beatum Severinum divinis effec-
tibus celebrata non oportere celari miracula.

Quae cum auctor epistolae rescisset, animo promptiore mandavit, ut aliqua sibi 2
per me eiusdem S. Severini mitterentur indicia, quibus instructus libellum vitae eius
ederet, posterorum memoriae profuturum. Hac ego protinus oblatione compulsus com-
memoratorium nonnullis refertum indiciis ex notissima nobis et quotidiana maiorum
relatione composui, non sine magno maerore animi, iniustum scilicet reputans, ut te
superstite laicus a nobis hoc opus rogaretur efficere, cui et modus et color operis non
sine praesumptione quadam possit iniungi, ne forsitan saeculari tantum litteratura po-
litus tali vitam sermone conscriberet, in quo multorum plurimum laboraret inscitia et
res mirabiles, quae diu quadam silentii nocte latuerant, quantum ad nos attinet igna-
ros liberalium litterarum, obscura disertitudine non lucerent. Sed nequaquam ultra 3
lucernae illius igniculum te velut sole splendente perquiram: tantum ne mihi peritiae
tuae radios nube quadam excusationis obducas, imperitiam propriam videlicet accu-
sando. Noli, obsecro, tam duris me verberare sermonibus, dum dicis: Quid tibi aquas

---

L = Lateranensis. *V* = Vaticanus. *M* = Mediolanensis. *D* = Monacensis quatuor folia.
S = Sauppii coniectura.

3 ac] ac merito *VMD* Paskasio *L*, pascasio *VM sic ubivis* Eugepius *LM*, eugipius *VD* Christo] dño *VMD* 4 inporntuni *pr. M* 5 basilici *D* 6 quodam *V* titis *VM*, eftitas *D* 8 describi *VMD* 10 celare *D* 11 epistolae] epistolę prędatę *D* prompto remandauit *VM*, propitiore mandauit *D* 12 mitteret *D pr.*, *sed corr. m. 1* 13 ederet] scriberet *VD*, scriberet (t *sup.*) *M* hac *VMD*: huic *L* ego *VM*: ergo *LD* commemoratorum *V* 14 cottidiana *V*, cotidiana *M* 15 maerore] timore *V* 16 efficere rogaretur *VMD* calor *M* 17 littura *M* 19 silenti *VMD* 20 disertitudine *L*: dissertitudine *VMD* nequaquam] non *VMD* 21 illius] eius *D* 22 accusatis (ns *sup.*). Non obsecro *M*, accusando. Obsecro *D*

exspectare de silice? Nam utique non exspecto de silice plateae saecularis, sed a te, qui spiritualibus spiritualia comparans nos de firmissima petra illo quo profluis orationis melle recreabis; de quo iam nectareum suavissimae promissionis gustum dirigens praecipis, ut commemoratorium vel indicia vitae saepe dicti sancti Severini transmitterem, quae donec in tuae constructionis libellum transire mereantur, nequaquam ani-
4 mum recensentis offendant. Quisquis enim ad construendam domum architectum requirit, necessariam sollicitus materiam praeparat: quod si moles ad instar parietum impolitis componat artifice tardante lapidibus, num quid aedificasse dicendus est, ubi nulla magistri structura prorsus intervenit, nulla rite subicitur fundamenti munitio? Sic ego quoque pretiosam materiam ingenio vestro vilissima compositione vix praeparans num putari debeo conscripsisse quod cupio, ubi disciplinae liberalis nulla con-
5 structio, nullus grammatici culminis decor exsistit? Habet plane certum fundamentum solius fidei, quo sanctum virum mirandis constat claruisse virtutibus, quod per manus linguae tuae nunc confero collocandum, de tui operis fastigio laudes Christo debitas redditurus.

6 Illa quoque, precor, virtutum beneficia sanitatumque remedia, quae vel in itinere vel hic ad eiusdem beatissimi patris memoriam divina sunt peracta virtute, digneris adnectere; quae quoniam fidelis portitor, filius vester Deogratias, optime novit, verbo commendavimus intimanda, sperantes nos baiuli nomen etiam de tui operis perfectione iugiter esse ducturos, ut dei fidelissimus famulus, tantis virtutibus opimus, sicut ad sanctorum gloriam suis per Christi gratiam meritis evehitur, sic ad humanam memoriam tuis litteris consecretur.

7 Sane patria, de qua fuerit oriundus, fortasse necessario a nobis inquiritur, unde, sicut moris est, texendae cuiuspiam vitae sumatur exordium. De ea me fateor nullum evidens habere documentum. Nam cum multi sacerdotes et spirituales viri nec
8 non et laici nobiles atque religiosi, vel indigenae vel de longinquis ad eum regionibus confluentes, saepius haesitaverint inter se quaerentes, cuius nationis esset vir, quem tantis cernerent fulgere virtutibus, nec ullus ab eo penitus auderet inquirere, tandem Primenius quidam, presbyter Italiae, nobilis et totius auctoritatis vir, qui ad eum confugerat tempore, quo patricius Orestes inique peremptus est, interfectores eius metuens, eo quod interfecti velut pater fuisse diceretur, — post multos itaque familiaritatis adeptae dies erupit quasi pro omnibus et ita sciscitatus est dicens: 'Domine sancte,
9 de qua provincia deus his regionibus tale lumen donare dignatus est'? Cui vir dei faceta primum hilaritate respondit: 'Si fugitivum putas, para tibi pretium, quod pro me possis, cum fuero requisitus, offerre'. His talia serio mox subiciens: 'Quid

---

1 scilice *M* Nam *S*: iam *libri* scilice *M* itaque *M* 2 illo pro quo fluis *V*, ilico profluis *M* orationibus *M* 4 commemorium *V* dicta *V* 7 materiam *LD*: materiem *VM* (praeparet materiam *D*) ad *om. VM* 8 componatur *VM*, componantur *D* 9 magistri] magis *L* *ante* nulla *in V rasura undecim fere literarum* subiciuntur *D* munimina *D* 10 quoque preciosę materię munimina iussione ūra uilissima *D* materiam *M*: materiem *LV* comparatione uix comparans *M* uix *om. D* 12 extitit *VMD* 13 quo *VMD*: quod *L* 14 offero *VMD* 16 uirtutum *om. M* itinere] itire *V* uel in itinere *om. D* 17 ad] apud *VMD* 19 commendamus *D* intimandū *D* 20 ducturos *S*: dicturos *LVM*, dicturus *D* opimus] opulentus *VMD* 21 sanctorum] *spatium vacuum* in *M* uehẹitur *M*, uehitur *V* 23 fuit *D* unde] ut inde *VM* 24 ea *add. S* de qua licet me fatear (fateri *D*, fateor *M*) nullum euidens habere documentum, tamen quid hinc ab ineunte (hinc habendum *D*) ętate cognouerī ñ tacebo. Cum multi igitur sacerdotes *VMD* 25 spiritales *D* 27 excitauerint *L*, hẹsitarent *VMD* 29 primſnius *L*, *sed m. 1 correxit* Italiae *om. M* confugeret *D* 32 ominibus *D* 33 deus *om. M* lumen] lumen xpſ *M* 35 serio *D*: senior *VM*, Seuerinus *L*

prodest', inquit, 'servo dei significatio sui loci vel generis, cum potius id tacendo facilius possit evitare iactantiam, utpote sinistram, qua nesciente cupit omne opus bonum Christo donante perficere, quo mereatur dextris socius fieri et supernae patriae civis ascribi? Qua si me indignum veraciter designare cognoscis, quid te necesse est terrenam cognoscere, quam quaeris? Verumtamen scito, quia deus, qui te sacerdotem fieri
praestitit, ipse me quoque periclitantibus his hominibus interesse praecepit'. Tali me- 10
moratus presbyter responsione conticuit nec quisquam ante vel postea beatum virum super hac parte percontari praesumpsit. Loquela tamen ipsius manifestabat hominem omnino latinum, quem constat prius ad quandam orientis solitudinem fervore perfectioris vitae fuisse profectum atque inde post ad Norici Ripensis oppida, Pannoniae superiori vicina, quae barbarorum crebris premebantur incursibus, divina compulsum visitatione venisse, sicut ipse clauso sermone tanquam de alio aliquo referre solitus erat, nonnullas orientis urbes nominans et itineris immensi pericula se mirabiliter transisse significans. Haec igitur sola, quae retuli, quotiens de beati Severini patria
sermo ortus est, etiam ipso superstite, semper audivi. Indicia vero mirabilis vitae 11
eius, huic epistolae coniuncto praelatis capitulis commemoratorio recensita, fient, ut rogavi, libro vestri magisterii clariora. Superest, ut eius orationibus tuas sociare non desinas, ut indulgentiam mihi poscere non desistas.

Epistola Paschasii diaconi ad Eugippium presbyterum.

Domino sancto semperque carissimo Eugippio presbytero Paschasius Diaconus. 1
Frater in Christo carissime, dum nos peritiae tuae facundia et otii felicitate perpendis, amaritudines occupationesque multiplices peccatorum retractare contemnis, pudoris iacturam dilectionis contemplatione sustineo. Direxisti commemoratorium, cui nihil possit 2
adicere facundia peritorum, et opus, quod ecclesiae possit universitas recensere, brevi reserasti compendio, dum beati Severini finitimas Pannoniorum provincias incolentis vitam moresque verius explicasti et, quae per illum divina virtus est operata miracula, diuturnis mansura temporibus tradidisti memoriae posterorum (nesciunt enim facta piorum praeterire cum saeculo), ut omnes praesentem habeant et secum quodammodo sentiant commorari, quibus eum relatio pervexerit lectionis. Et ideo, quia tu haec, quae a me 3
narranda poscebas, elocutus es simplicius, explicasti facilius, nihil adiciendum labori vestro studio nostro credidimus: siquidem aliter audita narramus, aliter experta depromimus. Facilius virtutes magistrorum a discipulis exponuntur, quae suggeruntur crebrius conversatione docentium.

Divinis charismatibus inspiratus scis, bonorum mentibus excolendis quantum gesta 4
sanctorum utilitatis impertiant, quantum fervoris attribuant, quantum puritatis infundant,

---

1 serue *D* loci uel generis sui *VMD* potius] possit *VMD* 2 possit *om. VMD* uitare *VMD* iactandam *M pr.* utpote sinistram] *cf. c.* 28 § 3 omne *om. D* 3 dextere *D* ciuis] sui *V* 4 quam *VMD* desiderare *VMD* cognoscis — terrenam *om. VM* 5 requiris *VMD* 6 me *om. V* Tali] Et tali *D* 7 quicquam *L m. 2 in litura* 8 percunctari *M* ipsius Africanum testabatur hominem *D* 9 prius *om. VMD* sollicitudinem *D* 10 ad *om. M* opida *L* 12 uisitatione] reuelatione *VMD* clauso sermone] causa seruitione *D* aliquo referre] loqueretur ferre *D* 15 semper] sepe *M* 17 rogauit *M* libri *D* magisterio *D*, magistri *M* 18 ut] et *VMD* mihi *om. M* desistat *L* 19 *Non est haec epistola in VMD, in L post vitam habetur* 20 Eugepio *L* 27 tradidistis *L* (*correxit m. pr.*) piorum *ed. Bollandi:* priorum *L* 35 quantum feruoris attribuant *om. L, exstant in recentioribus*

de qua re apostolicae vocis auctoritas latius innotescens: 'forma', inquit, 'estote gregi'
et beatus Paulus Timotheo praecipit: 'forma esto fidelibus'. Unde idem apostolus iusto-
rum catalogum summa brevitate contexens et ab Abel incipiens insignium virorum per-
5 git narrare virtutes. Sic et ille fidelissimus Matathias morti gloriosissimae iam pro-
pinquans filiis suis hereditario iure sanctorum exempla distribuit, quorum certaminibus
admirandis celerius excitati animas suas pro legibus sempiternis sanctitatis fervore
contemnerent. Nec paterna liberos fefellit instructio: tantum enim profuerunt memoratis
facta maiorum, ut apertissima fide armatos principes deterrerent, castra sacrilega supera-
rent, cultus arasque daemonicas longe lateque diruerent civicamque coronam sertis
6 decorati perennibus splendenti patriae providerent. Unde et nos ornamentis sponsae
Christi quiddam fraterno ministerio provideri gaudemus, non quod ullis, ut credo,
temporibus defuerit clarior vita maiorum, sed quod domum magni regis plurimorum
vexilla tropaeorum habere conveniat. Non enim vera virtus excluditur numerositate
virtutum, sed optatis successibus eatenus ampliatur. Misericordia dei nostri sanctitatem
vestram semper tueatur incolumem.

CAPITULA.

I. Quomodo primum beatus Severinus in oppido, quod Asturis vocatur, et saluberrima exhortatione bonorum operum et veracissima futurorum praedicatione claruerit.

II. De oppido, cui erat vocabulum Comagenis, per eum mirabiliter ab hostibus liberato.

III. De civitate oppressa fame et muliere occultante frumenta et de adventu navium.

IV. De praedonibus barbaris, qui etiam omnia arma sua cum praeda, quam extra muros Favianensium ceperant, amiserunt; vel de instituto eius atque humilitate praecipua.

V. In quanta reverentia eum Rugorum rex Flaccitheus habuerit, vel qualiter ab insidiis inimicorum ipsius sit liberatus oraculo.

VI. De unico filio viduae gentis praedictae Rugorum, quem per annos duodecim dolor excruciaverat, viri dei oratione sanato.

VII. Qualiter Odoacer adolescentulus, vilissimis pellibus opertus, ab eo praenuntiatus sit regnaturus.

VIII. Quod Feletheus, qui et Feva, Rugorum rex, antelati filius Flaccithei, pessimam coniugem rebaptizare catholicos metu Sancti Severini vetuerit, vel quale periculum illa de parvunculo filio suo Frederico quadam die, dum de quibusdam intercessionem eius contempsisset, incurrerit.

IX. De portitore reliquiarum S. Gervasii et Protasii martyrum mirifica viri dei revelatione monstrato, vel qua responsione, dum rogaretur, episcopatus declinaverit honorem.

X. De quodam ostiario uspiam egredi quadam die prohibito, mox a barbaris capto ab eisdemque suppliciter restituto.

1 Ep. Petr. I, 5, 3. 2 Ad Timoth. I, 4, 12. 3 Ad Hebr. 11. 6 Maccab. I, 2, 51 sqq.

---

6 celebrius *L* 11 ullis] illis *L* 16 *in VMD capitula non sunt, in L singulis capitibus praeposita habentur* 18 uericisuma *L* 23 fabianensium *L* 25 flaccitheus *L pr.* (ę *m.* 2) 31 feletheus *et* flaccithei *L pr.* (ę *m.* 2) 39 hisdemque *L*

XI. De miraculo, quod in castello Cucullis factum est, ubi cereis divinitus accensis sacrilegi, qui se primitus occulerant, declarati sunt atque correpti.

XII. Quemadmodum de finibus praefati castelli locustae ieiunio et oratione atque eleemosynis deo propitiato depulsae sint, abrasa mirabiliter segete cuiusdam pauperis increduli contemptoris.

XIII. Quomodo cereus in manu servi dei orantis accensus sit, dum vespertinae laudis officio ignis de more necessarius minime fuisset inventus.

XIV. De mirabili sanatione mulieris desperatae, quae post immanem diutinumque languorem ita viri dei oratione convaluit, ut ad opus agrale die tertio fortis accesserit.

XV. Quemadmodum in baiulos postes a parte fluminis ecclesiam sustentantes, quos aqua saepe superfluens transcendebat, orans dei servus crucis signaculum securi scalpserit, quod signum deinceps aqua penitus non excedebat.

XVI. De Silvino presbytero defuncto, cuius cadaver feretro impositum celebratis nocte vigiliis mox ad vocem vocantis aperuit oculos, rogans dei famulum, quo vocante revixerat, ne ulterius experta requie privaretur.

XVII. Quam sollicita pauperibus cura ministraverit, vel quod distributioni eius etiam Norici dirigebant decimas, quibus de more perlatis periculum his, qui dirigere distulerant, imminere praedixit.

XVIII. Quemadmodum rubigo, quae messibus nocitura paruerat, per virum dei ieiuniis et oratione depulsa sit.

XIX. Quod Gibuldus, Alamannorum rex, coram servo dei magno sit tremore concussus et reddiderit multitudinem captivorum.

XX. Quomodo ei militum fuerit interfectio revelata, propter quorum corpora sepelienda suos ignorantes direxit ad fluvium.

XXI. Paulinum presbyterum, qui de longinquo ad eum venerat, revertentem ad patriam praedixit Norici episcopum ordinandum.

XXII. Quod, dum basilicae novae sanctuaria quaererentur, ultro sibi S. Ioannis Baptistae benedictionem praenuntiaverit deferendam et illi oppido cladem se absente futuram; quod in baptisterio presbyter vaniloquax interfectus est.

XXIII. Qualiter sanctuaria praedicta susceperit.

XXIV. De mansoribus alterius oppidi, qui spreto mandantis oraculo mox ab Herulis interfecti sunt, quia locum praemoniti relinquere noluerunt.

XXV. Quemadmodum destinatis ad Noricum litteris castella ieiuniis atque eleemosynis praemunierit, quibus praenuntiata hostis irruptio nocere non potuit.

XXVI. De leproso mundato, qui reverti ad propria, ne lepram peccati magis incurreret, vitavit.

XXVII. De victoria, quam apud Batavis de Alamannis oratione S. Severini sumpsere Romani, et quod post triumphum, qui praedicentem sequi spreverant, sunt perempti.

XXVIII. Quemadmodum ministrante famulo dei pauperibus oleum crevisse provenerit.

XXIX. De his, quibus collo vestes egenis erogandas a Norico deferentibus ursus media hieme ducatum per nives eremi usque ad humana habitacula praebuit, quos tali duce venire solita vir dei revelatione cognovit.

XXX. Qualiter ad civitatem Lauriacum hostes futura nocte venturos praesenserit et male securis civibus vigilare vix suaserit, quod mane probantes infidelitati veniam cum gratiarum actione poscebant.

---

1 cullis *et* itus *et* 36 itus *et* sunt atque *in L in extremis partibus dextris versuum interciderunt* 21 giuuldus *L* 31 mandantis *S:* mandatis *libri* 33 litteris *add. S* 37 baptauis *L*

XXXI. Quomodo Fevae, regi Rugorum, ad Lauriacum cum exercitu venienti occurrerit et in sua fide populos susceperit, ut eos ad inferiora oppida, id est Rugis viciniora, deduceret.

XXXII. Quemadmodum Odoacer rex aliqua a se sperari poscens Ambrosium quendam de exilio ad servi dei litteras revocaverit et, quot annis regnaturus foret, laudatoribus eius idem dei servus praedixerit.

XXXIII. De filio cuiusdam ex optimatibus regis Rugorum in oppido Comagenis viri dei oratione sanato.

XXXIV. Qualiter elephantiosus quidam nomine Telo curatus sit.

XXXV. De Bonoso monacho, qui, dum de oculorum imbecillitate quereretur, audivit ab eo: 'Ora magis, ut corde plus videas': mox mirabiliter effectum iugiter orandi promeruit.

XXXVI. De tribus superbientibus monachis, quos tradidit satanae, ut eorum spiritus salvaretur, de qua re prolatis duobus patrum exemplis verissimam loco suo reddidit rationem.

XXXVII. Quemadmodum hora tribulationis Marciani et Renati, monachorum suorum, quam in alia provincia positi pertulerunt, oratione praesentibus ceteris fratribus indicia signaverit.

XXXVIII. De periculo letalis papulae, quod ante quadraginta dies Urso monacho futurum et revelatione praedixit et oratione curavit.

XXXIX. De habitaculo eiusdem beati viri, stratu quoque vel cibo pauca tenuiter indicantur.

XL. Qualiter, dum propinquare transitum suum deo sibi revelante sensisset, regem Fevam noxiamque reginam fuerit allocutus nec suos ex illo praemonere destiterit, generalem populi migrationem propinquare praenuntians suumque corpusculum pariter portari praecipiens.

XLI. Quomodo etiam diem transitus sui sancto Lucillo presbytero manifestius indicarit.

XLII. Quemadmodum Ferderuchum, fratrem praedicti regis Fevae, contestatus suos commonuerit.

XLIII. De obitu eius et qualibus monitis ultima suos et prolixa pius exhortatione fuerit prosecutus.

XLIV. Qualia post discessum eius monasterio Ferderuchus intulerit qualiterve punitus sit, vel quatenus eius oraculum prospera populi fuerit migratione completum vel corpusculum eiusdem levatum carpentoque devectum.

XLV. De multorum tunc sanatione debilium, qua de singulis omissa unius tantum muti loquela refertur orando sub carro, quo adhuc erat corpusculum, reddita.

XLVI. De fide illustris feminae Barbariae susceptricis et occursu neapolitani populi, ubi cum nihilominus multi tunc a diversis fuerint sanati languoribus, trium tantum sanatio memoratur.

---

1 occurrerat *L pr.*   4 aliqu . . . a se sperari *Vat. 1197:* reliqua a se separari *L*   9 electantius *L*
11 effectum *S:* affectum *libri*   13 sathanȩ *L*   19 loetalis *L*

VITA SANCTI SEVERINI.

I. In tempore, quo Attila, rex Hunnorum, defunctus est, utraque Pannonia ceteraque 1
confinia Danuvii rebus turbabantur ambiguis. Tunc itaque sanctissimus dei famulus
Severinus de partibus orientis adveniens in vicinia Norici Ripensis et Pannoniorum
parvo, quod Asturis dicitur, oppido morabatur, ubi vivens iuxta evangelicam aposto-
licamque doctrinam, omni castitate et pietate praeditus, in confessione catholicae fidei
venerabile propositum sanctis operibus adimplebat. Dum ergo talibus exercitiis robo- 2
ratus palmam supernae vocationis innocue sequeretur, quadam die ad ecclesiam pro-
cessit ex more. Tunc presbyteris, clero vel civibus requisitis coepit tota mentis humi-
litate praedicere, ut propter hostium insidias imminentes orationibus ac ieiuniis et
misericordiae fructibus inhaererent. Sed animi contumacès ac desideriis carnalibus
inquinati praedicentis oracula infidelitatis suae discrimine probaverunt. Famulus autem 3
dei reversus ad hospitium, quo ab ecclesiae fuerat custode susceptus, diem et horam
imminentis excidii prodens 'De contumaci', ait, 'oppido et citius perituro festinus abs-
cedo'. Inde ad proximum, quod Comagenis appellabatur, oppidum declinavit. Hoc 4
barbarorum intrinsecus consistentium, qui cum Romanis foedus inierant, custodia serva-
batur artissima nullaque ingrediendi aut egrediendi facilius licentia praestabatur. A
quibus tamen famulus dei, cum esset ignotus, nec interrogatus est nec repulsus.
Itaque mox ingressus ecclesiam cunctos de salute propria desperantes ieiunio et ora-
tionibus atque eleemosynis hortabatur armari, proponens antiquae salutis exempla,
quibus divina protectio populum suum contra opinionem mirabiliter liberasset. Cum- 5
que salutem omnium in ipso discriminis articulo promittenti credere dubitarent, senex,
qui dudum in Asturis tanti hospitis susceptor exstiterat, venit atque a portarum custo-
dibus sollicita interrogatione discussus interitum sui oppidi habitu verboque monstravit,
adiciens eadem die, qua quidam homo dei praedixerat, barbarorum vastatione deletum.
Quo audito solliciti responderunt: 'Putasne, ipse est, qui desperatis rebus dei nobis
subsidia pollicetur'? Mox igitur in ecclesia recognito dei famulo senex pedibus eius
prostratus aiebat ipsius se meritis liberatum, ne cum ceteris oppidaneis subiret ex-
cidium.

II. His auditis habitatores oppidi memorati incredulitatis veniam postulantes 1
monitis viri dei sanctis operibus paruerunt ieiuniisque dediti et in ecclesia per triduum
congregati errata praeterita castigabant gemitibus et lamentis. Die autem tertia, cum

---

2 In *om. VM* Tenpore *V* unnorum *LVD*, hunorum *M* 3 Danuuii *LVMD* (*VM ubivis, LD interdum, plerumque* danubius) *post* ambiguis *add. VM:* ac primum inter filios eius de optinendo regno magna sunt exhorta (exorta *M*) certamina, qui morbo dominationis inflati materiam sui sceleris ęstimarunt patris interitum 4 uicina *V* rupensis *L* *immo* Pannoniarum 5 paruo] *malis* in parvo: *sed v. 39, 1 quo manebat et 45, 1* ubi *add. S* 6 pietate et castitate *VM* 7 roboraretur *M* 8 quodam *VM* 9 presbytero *D* cępit *LVM* 10 propter *om. VMD* ac — et] et — ac *VM* 11 inhiberent *VMD* 12 inquinati *L:* inclinati *VMD* 13 hospitem *D* 14 prodiens *L* citius *VMD*, cito *L m. 2* (o *in litura trium literarum, post* t *fuerat* i) *cf.* c. 32 § 2 *et B. Schmidt observ. in Senecae tragoedias p. 15* 15 Comagenis *LD:* commagenis *VM* (*ubivis*) *cf. Mommsen ad Corp. Inscr. lat. 3, 2 p. 683* 16 inierant *VMD:* inierunt *L* 17 notissima *D* nullique *VM* facilius *L pr.*, facilis *VMD*, facile *L m. 2 in ras.* 20 helemosynis *L*, elemosinis *V m. 2 et MD*, elemosinas *V pr.* ortatur *D* *malis* antiqua exempla *VMD*, exemplum *L* 21 opinionem] opinionem omnium *VMD* 23 a *om. D* 24 diu usus *D* monstrare adiciensque *D* 25 quidem *VM* 26 Putasne *S:* Putas, non *libri, cf. c.* 9 § 2 disperatis *VD* 28 oppidanis *M* exitium *D* 30 habitatoribus *V* incredulitati *VM*, incrudelitati *D* 31 sanctis *VMD:* sancti *L, cf.* 1, 1. 12, 5 et *om. D* ecclesiam *D* 32 tertio *VD*, tercio *M*

sacrificii vespertini sollemnitas impleretur, facto subito terrae motu ita sunt barbari in-
2 trinsecus habitantes exterriti, ut portas sibi Romanos cogerent aperire velociter. Ex-
euntes igitur conciti diffugerunt, aestimantes se vicinorum hostium obsidione vallatos,
actoque terrore divinitus, noctis errore confusi, mutuis se gladiis conciderunt. Tali
ergo adversariis internecione consumptis divino plebs servata praesidio per sanctum
virum armis didicit pugnare caelestibus.

1 III. Eodem tempore civitatem nomine Favianis saeva fames oppresserat, cuius
habitatores unicum sibi remedium fore crediderunt, si ex supradicto oppido Comagenis
hominem dei religiosis precibus invitarent. Quos ille ad se venire praenoscens a
domino, ut cum eis pergeret, admonetur. Quo cum venisset, coepit civibus suadere
2 dicens: 'Paenitentiae fructibus poteritis a tanta famis pernicie liberari'. Qui cum
talibus proficerent institutis, beatus Severinus divina revelatione cognovit quandam
viduam nomine Proculam fruges plurimas occultasse. Quam productam in medium
arguit vehementer. 'Cur', inquit, 'nobilissimis orta natalibus cupiditatis te praebes an-
cillam, et exstas avaritiae mancipium, quae est docente apostolo servitus idolorum?
Ecce domino famulis suis misericorditer consulente tu, quid de male paratis facias,
non habebis, nisi forte frumenta diu negata in Danuvii fluenta proiciens humanitatem
piscibus exhibeas, quam hominibus denegasti. Quamobrem subveni tibi potius quam
pauperibus ex his, quae adhuc te aestimas Christo esuriente servare'. Quibus auditis
3 magno mulier pavore perterrita coepit servata libenter erogare pauperibus. Igitur non
multo post rates plurimae de partibus Raetiarum mercibus onustae quam plurimis in-
sperate videntur in litore Danuvii, quae multis diebus crassa Eni fluminis glacie fue-
rant colligatae: quae dei imperio mox solutae ciborum copias fame laborantibus de-
tulerunt. Tunc coeperunt omnes deum insperati remedii largitorem continua devotione
laudare, qui se tabe diuturnae famis interire credebant, fatentes evidentius rates extra
tempus glaciali solutas frigore servi dei precibus advenisse.

1 IV. Per idem tempus inopinata surreptione praedones barbari, quaecunque extra
muros hominum pecudumque repererant, duxere captiva. Tunc plures e civibus ad
virum dei cum lacrimis confluentes illatae calamitatis exitium retulerunt, simul osten-
2 dentes indicia recentium rapinarum. Ille vero Mamertinum percontatus est, tunc
tribunum, qui post episcopus ordinatus est, utrum aliquos secum haberet armatos, cum
quibus latrunculos sequeretur instantius. Qui respondit: 'Milites quidem habeo pau-
cissimos, sed non audeo cum tanta hostium turba confligere. Quodsi tua veneratio
praecipit, quamvis auxilium nobis desit armorum, credimus tamen tua nos fieri ora-
3 tione victores'. Et dei famulus ait: 'Etiamsi inermes sunt tui milites, nunc ex hosti-
bus armabuntur: nec enim numerus aut fortitudo humana requiritur, ubi propugnator
deus per omnia comprobatur. Tantum in nomine domini perge velociter: iam deo

15 Ad Ephes. 5, 5.

---

3 conciti] cuncti sic *D* 4 auctoque *VMD* 5 internicione *L*, internitione *M*, internione *V*, internitione *D* 7 fauianis *VM:* fabianis *L* famis *L* 8 affore *V* 9 reliosis *V* 10 ammoneretur *L* (*sed m. pr. correxit*), commonetur *VM* 12 beatissimus *VM* releuatione *V* 14 ortā *M* 15 ydolorum *L* idolorum seruitus *M* 16 misericorditer] mīa *VM*, misericordia *D* partis *D* 17 diu] dure *V* denegata *D* 18 subuenit *M* 19 reseruare *VM*, saruare *D* 21 retiarum *L*, reciarum *VMD* hunustę *M*, honuste *D* insperatę *M* 22 crasseni *L*, crassa heni *VM* 23 qua *VM* soluta *VM* 24 insperate *L pr.* (*sed correxit m. 1*) continuata *VD* 25 tabe] malo *D* diurnae *M* crediderant *VM* uidentibus *D* 26 tempus a glacię resolutas *D* aduenisset *M* 27 idem] id *V* subreptione *VMD* 28 reppererant *V*, repperant *D* captiuari. Sic plures *D* e] de *D* 30 percunctatus *V* 31 *verba* qui post episcopus ordinatus est *Welser et Rettberg* (*hist. eccles. Germ. 1 p. 225*) *glossema esse non recte putant* 33 tanto *D* 34 praecepit *V* armatorum *D* 35 Et *om. VM* 37 iam] perge fidenter. Nam *VMD*

misericorditer praeeunte debilis quisque fortissimus apparebit, dominus pro vobis
pugnabit et vos tacebitis. Vade ergo festinus, hoc unum ante omnia servaturus, ut
ad me, quos ex barbaris ceperis, perducas incolumes'. Exeuntes igitur in secundo 4
miliario super rivum, qui vocatur Tigantia, praedictos latrones invenerunt, quibus in
fugam repente conversis arma omnium sustulerunt, ceteros vero vinctos ad dei famu-
lum, ut praedixerat, adduxere captivos. Quos absolutos vinculis, cibo potuque refectos
paucis alloquitur: 'Ite et vestris denuntiate complicibus, ne aviditate praedandi ultra
huc audeant propinquare: nam statim caelestis vindictae iudicio punientur, deo pro
suis famulis dimicante, quos ita consuevit superna virtute protegere, ut tela hostium
non eis inferant vulnera, sed arma potius subministrent'. Dimissis itaque barbaris 5
ipse de Christi miraculis gratulatur, de cuius et miseratione promittit nunquam illud
oppidum hostium praedas ulterius experturum, cives tantum ab opere dei nec prospera
nec adversa retraherent.

Deinde beatus Severinus in locum remotiorem recedens, qui ad Vineas vocabatur, 6
cellula parva contentus, ad praedictum oppidum remeare divina revelatione compelli-
tur, ita ut, quamvis eum quies cellulae delectaret, dei tamen iussis obtemperans monaste-
rium haud procul a civitate construeret, ubi plurimos sancto coepit informare proposito,
factis magis quam verbis instituens. Ipse vero ad secretum habitaculum, quod Burgum 7
appellabatur ab accolis, uno a Favianis distans miliario, saepius secedebat, ut homi-
num declinata frequentia, quae ad eum venire consueverat, oratione continua deo pro-
pitio inhaereret. Sed quanto solitudinem incolere cupiebat, tanto crebris revelationibus
monebatur, ne praesentiam suam populis denegaret afflictis. Proficiebat itaque per 8
singulos dies eius meritum crescebatque fama virtutum, quae longe lateque discurrens
caelestis in eo gratiae signa pandebat. Nesciunt enim latere quae bona sunt, cum
iuxta sententiam salvatoris nec lucerna sub modio contegi nec in monte posita civitas
possit abscondi. Inter cetera enim magnalia, quae illi salvator indulserat, praeci- 9
puum abstinentiae munus accipiens carnem suam plurimis subiugabat inediis, docens
corpus cibis abundantioribus enutritum animae interitum protinus allaturum. Calcia- 10
mento penitus nullo utebatur: ita media hieme, quae in illis regionibus saeviore gelu
torpescit, nudis pedibus semper ambulare contentus singulare patientiae dabat indi-
cium. Ad cuius immanitatem frigoris comprobandam testem constat esse Danuvium,
ita saepe glaciali nimietate concretum, ut etiam plaustris solidum transitum sub-
ministret. Qui tamen talibus per dei gratiam virtutibus sublimatus intima humilitate 11
fatebatur dicens: 'Ne putetis mei meriti esse, quod cernitis: vestrae est potius salutis
exemplum. Cesset humana temeritas, elationis supercilium comprimatur. Ut aliquid
boni possimus, eligimur, dicente apostolo: "Qui elegit nos ante mundi constitutionem,
ut essemus sancti et immaculati in conspectu eius". Orate immo pro me, ut non ad
condemnationis cumulum, sed ad iustificationis augmentum salvatoris mihi dona pro-

25 Ev. Matth. 5, 14. 15. 36 Ad Ephes. 1, 4.

3 ad] a *V* 4 ticuntia *V*, ticuncia *M* inueniunt *VM* 5 uero *om. V* 6 praeceperat *VM* adduxerunt *VM* 7 renuntiate *VM* 8 nam] nam et *VM* 10 sumministrent *V* (*et sic plerumque*) 11 gratulabatur *M* de cuius et miseratione promittit *om. M* 14 in remotiore loco *M* secedens *VM* 15 contemptus *V* 16 ut *om. L* 17 haut *L* haud procul *om. M* 18 *post* instituens *VM addunt* animas auditorum burcum *VM* 19 appellatur *M* 20 propitius *V*, propius *M* 21 *post* solitudinem *VM addunt* abditam relationibus *M* 22 populis negaret *V*, popl'ffnegaret *M* 24 caelestis] quia cęlestis *L m. 2 supra v.* gratiae *VM*: gratia *L* 25 lucernam *M* ciuitas posita *M* 29 nullo penitus *VM* media *VM*: medio *L* 30 torpescitur *V* semper *om. VM* contemptus *L* 36 *ante* eligimur *L m. 2* quo *addit* eligere *M m. 2 in ras.*, eligimur *a m. pr.* 37 immo] in me *L* 38 mihi *om. VM*

12 ficiant'. Haec et his similia solebat proferre cum fletibus, miro erudiens homines
humilitatis exemplo, cuius virtutis fundamento munitus tanta divini muneris claritate
fulgebat, ut ipsi quoque ecclesiae hostes haeretici reverentissimis eum officiis hono-
rarent.

1 V. Rugorum siquidem rex, nomine Flaccitheus, in ipsis regni sui coepit nutare
primordiis, habens Gothos ex inferiore Pannonia vehementer infestos, quorum innu-
mera multitudine terrebatur. Is ergo beatissimum Severinum in suis periculis tanquam
caeleste consulebat oraculum. Ad quem, dum vehementius turbaretur, adveniens de-
flebat se a Gothorum principibus ad Italiam transitum postulasse, a quibus se non
2 dubitabat, quia hoc ei denegatum fuerat, occidendum. Tunc ergo a viro dei hoc
responsum praedictus accepit: 'Si nos una catholica fides annecteret, magis me de
vitae perpetuitate debuisti consulere; sed quia de praesenti tantum salute sollicitus,
quae nobis est communis, interrogas, instruendus ausculta. Gothorum nec copia nec
adversitate turberis, quia cito securus eis discedentibus tu desiderata prosperitate
regnabis, tantum ne humilitatis meae monita praetermittas. Non te itaque pigeat
pacem appetere etiam minimorum, nunquam propriis virtutibus innitaris. ''Maledictus'',
inquit scriptura, ''qui confidit in homine et ponit carnem brachium suum et a domino
recedit cor eius''. Disce igitur insidias cavere, non ponere: in lectulo quippe tuo paci-
3 fico fine transibis'. Qui cum tali animatus oraculo laetus abscederet, perlato sibi,
quod turba latrocinantium barbarorum aliquos captivasset ex Rugis, ad virum dei
misit protinus consulendum. Qui sanctis eum mandatis, ne praedones sequeretur,
domino revelante praemonuit dicens: 'Si eos secutus fueris, occideris; cave ne amnem
transeas et insidiis, quae tibi in tribus locis paratae sunt, improvida mente succumbas;
4 nam cito nuntius fidelis adveniet, qui te de his omnibus efficiat certiorem'. Tunc duo
captivorum ab ipsis hostium sedibus fugientes ea per ordinem retulerunt, quae bea-
tissimus vir Christo sibi revelante praedixerat. Igitur frustratis insidiis adversantium
Flaccitheus incrementis auctus prosperioribus vitam rebus tranquillissimis terminavit.

1 VI. Post haec autem quidam Rugus genere per annos duodecim incredibili ossium
dolore contritus omni caruerat incolumitate membrorum, cuius cruciatus intolerabilis
circumquaque vicinis factus erat ipsa diuturnitate notissimus. Itaque nihil proficiente
diversitate remedii tandem vidua mater ad sanctum virum vehiculo filium deduxit im-
positum et ante ianuam monasterii proiciens desperatum continuatis fletibus reddi sibi
2 unicum filium precabatur incolumem. Sed vir dei sentiens a se magna deposci fletu
commotus aiebat: 'Quid opprimor opinione fallaci? cur aestimor posse quod nequeo?
Non est enim virtutis meae praestare tam grandia: consilium tamen do'. Tunc man-
dat mulieri, ut pauperibus aliquid pro suis viribus largiretur. Illa nihil morata veste,
3 qua induta fuerat, se velociter exuens egentibus dividere properabat. Quo audito vir
dei fervorem eius admirans iterum mandat, ut suis operiretur amictibus, dicens: 'Cum
filius tuus tecum domino sanante perrexerit, opere vota supplebis'. Indicto igitur pau-

16 Ieremias 17, 5.

---

5 flaccitheus *VM:* flaccithęus *L* 6 inferiori *VM* infensos *VM* 10 delegatum *L* 12 sollicitus quae nobis est *om. V* 14 turberis *M:* turbaberis *V*, turbaris *L* desideratā prosperitatē *L* 19 cum] dum *VM* 20 latrocinantium barbarorum *L*: latronum *VM, cf.* 4, 1 ad *om. LVM, est in codd. recc. multis* dei protinus adiit consulendum *M, sed* adiit *m. rec. in rasura quinque quattuorve literarum* 22 domino *om. V* dicens *om. M* 26 sibi *om. M* aduersantum *VM* 27 flaccithaeus *L m. 2* auctis *V* uita *V* 28 ossuum *V* 29 incolomitate *LVM (sic plerumque)* 30 nichil *LM, saepissime* 35 enim *om. VM* do] do, tanquam misericordiam consecutus a deo *VM* 36 uestē quā *VM*

corum dierum de more ieiunio, fusis ad deum precibus ilico sanavit infirmum atque
incolumem suis gressibus ambulantem remisit ad propria. Qui cum postea nundinis 4
frequentibus interesset, stupendum miraculum cunctis videntibus exhibebat. Nonnulli
enim dicebant: 'Ecce ille, qui fuerat totius corporis putredine tabefactus'; aliis au-
tem, quod ipse esset, omnino negantibus grata contentio nascebatur. Ex illo igitur 5
tempore, quo est reddita sanitas desperato, universa Rugorum gens ad dei famulum
frequentans coepit gratulationis obsequium reddere et opem suis postulare languoribus.
De aliis etiam gentibus, ad quas tanti miraculi fama pervenerat, multi Christi militem
videre cupiebant.

VII. Qua devotione etiam ante hoc factum quidam barbari, cum ad Italiam per- 1
gerent, promerendae benedictionis ad eum intuitu deverterunt. Inter quos et Odoacer, 2
qui postea regnavit Italiae, vilissimo tunc habitu iuvenis statura procerus advenerat.
Qui dum se, humillimae tectum cellulae suo vertice ne contingeret, inclinasset, a viro
dei gloriosum se fore cognovit. Cui etiam valedicenti: 'Vade', inquit, 'ad Italiam,
vade, vilissimis nunc pellibus coopertus, sed multis cito plurima largiturus'.

VIII. Feletheus quoque rex, qui et Feva, memorati filius Flaccithei, paternam secu- 1
tus industriam sanctum virum coepit pro regni sui frequentare primordiis. Hunc coniux
feralis et noxia, nomine Giso, semper a clementiae remediis retrahebat. Haec ergo
inter cetera iniquitatis suae contagia etiam rebaptizare quosdam est conata catholicos,
sed, ob sancti reverentiam Severini non consentiente viro, a sacrilega quantocius in-
tentione defecit. Romanos tamen duris condicionibus aggravans quosdam etiam Da- 2
nuvio iubebat abduci. Nam cum quadam die in proximo a Favianis vico veniens ali-
quos ad se transferri Danuvio praecepisset, vilissimi scilicet ministerii servitute dam-
nandos, dirigens ad eam vir dei, ut eos dimitteret, postulabat. Verum illa facibus
feminei furoris exaestuans mandata reportari iussit asperrima. 'Ora', inquit, 'tibi, serve
dei, in tua cellula delitescens: liceat nobis de servis nostris ordinare, quod volumus'.
Haec igitur audiens homo dei: 'Confido', inquit, 'in domino Iesu Christo, quia neces- 3
sitate compellitur explere, quod prava voluntate despexit'. Velox itaque secuta cor-
reptio prostravit animos arrogantis. Quosdam enim aurifices barbaros fabricandis re-
galibus ornamentis clauserat arta custodia. Ad hos filius memorati regis admodum
parvulus, nomine Fredericus, eodem die, quo regina servum dei contempserat, puerili
motu concitus introivit. Tunc aurifices infantis pectori gladium imposuere dicentes,
quod, si quis ad eos absque iuramenti praesidio ingredi conaretur, parvulum regium
primitus transfigentes semetipsos postea trucidarent, quippe cum sibi nullam spem
promitterent, macerati diuturnis ergastulis. His auditis regina crudelis et impia, vesti- 4

2 incolumen *M* 6 desperato *VM:* desperata *L*, *cf.* § 1 uniuersarum gothorum gens *M* (a *deleto m. rec.* o) 8 xpiani *V* 10 quidam barbari — 15 largiturus *Anonymus Valesii § 46 p. 291 Gardth.* 11 deuerterunt *VM Anon.:* deuenerunt *L* odoacer *L*, odoacar *VM*, odoachar *Anonymi palatinus*, oduacar *Anon. meermannianus m. 2*, oducar *idem m. 1* 12 uilissimo *L m. 2* (*prior* i *priorem omiserat*), uillissimo *V* tunc *om. Anonymus* 13 humillimae] humillime *L*, ne humillimę *VM* ne *om. VM* qui dum humillimum tectum (humillimo tecte *meermann.*) cellulae eius suo (sua *meermann.*) uertice contingeret et (et *om. meermann.*) inclinasset se, a uiro dei gloriosum se (esse *meermann. m. 2*) forte (eẽ fore te *palat.*) cognouit *Anonymus, cf. C. Zangemeister mus. rhen. 30 p. 314* 14 ualedicendi *L pr.* (*sed eadem m. correxit*), uade dicenti *Anon. cod. meermann.* 15 uilisimis *V* scito *L* plurime *Anon. meermann. pr.* 16 feletheus *L pr. VM:* felethaeus *L m. 2* (*sic ubivis*) feba *VM* filius *om. L* 17 coniunx *L m. 2* 18 Giso *LVM:* Gisa *edd. et codd. recc.* semper adementiae *VM* reuocabat *VM* ergo] autem *M* 19 quondam *VM* 20 seuaerini *M* 21 romanis *V* 22 adduci *M* 23 praecessisset *V* ministri *V* dampnandos *M* 25 serue dei *om. M* 27 *post* domino *VM addunt* meo 28 compelletur *VM* correctio *Th Mommsen* 29 *post* barbaros *add. V* pro 32 imposuere *cod. tegerns. m. 2* (*apud Friedrichium*): posuere *LVM* 34 cum] cum nichil *M* (*sed m. 1* nichil *induxit*) spem] spem uitę *VM* 35 promiterent *V*

bus dolore conscissis, talia clamitabat: 'O serve domini Severine, sic a deo tuo
illatae vindicabuntur iniuriae? Hanc mei contemptus ultionem effusis precibus postu-
lasti, ut in mea viscera vindicares'? Itaque multiplici contritione ac miserabili lamen-
tatione discurrens fatebatur se pro scelere contemptus, quod in servum dei commiserat,
plagae praesentis ultione percelli confestimque directis equitibus veniam petitura Ro-
manos, quos eodem die tulerat, pro quibus et rogantem contempserat, retransmisit
et aurifices accipientes protinus sacramentum ac dimittentes infantulum pariter et ipsi
5 dimissi sunt. His auditis reverendissimus Christi servus gratias creatori referebat im-
mensas, qui ob hoc interdum differt vota poscentium, ut fide, spe et caritate crescente,
dum minora petitur, maiora concedat. Id namque egit omnipotentia salvatoris, ut,
6 dum liberos saeva mulier subicit servituti, servientes cogeretur reddere libertati. Qui-
bus mirabiliter impetratis regina statim ad servum dei properans cum marito monstrat
filium, quem fatebatur illius orationibus de mortis confinio liberatum, promittens se
nequaquam ultra eius iussionibus obviare.

1 IX. Magna quoque famulo dei prophetiae gratia praedito in redimendis erat cap-
tivis industria. Studiosius etenim insistebat barbarorum dicione vexatos genuinae re-
stituere libertati. Interea cuidam cum coniuge liberisque redempto praecepit transva-
dere Danuvium, ut hominem ignotum in nundinis quaereret barbarorum, quem in tan-
tum divina revelatione didicerat, ut etiam signa staturae capillorumque colorem, vul-
tus eius ac vestis habitus indicaret et in qua parte nundinarum reperturus eum foret
ostenderet, addens, ut, quicquid ei reperta diceret persona, reversus sibi maturius in-
2 timaret. Profectus itaque cuncta, sicut vir dei praedixerat, miratus invenit. Is igitur
ab eodem homine, quem reperisse se mirabatur, interrogatus audivit dicentem: 'Pu-
tasne, possum invenire hominem, qui me ad virum dei, cuius ubique fama diffundi-
tur, qua voluerit mercede perducat? Diu est enim, quod ipsos sanctos martyres, quo-
rum reliquias fero, suppliciter interpello, ut a tali ministerio tandem aliquando solvar
indignus, quod huc usque non temeraria praesumptione, sed religiosa necessitate susti-
3 nui'. Tunc nuntius hominis dei eius se aspectibus praesentavit reliquiasque sancto-
rum ab eo suscipiens viro dei detulit. Qui debito sanctorum Gervasii et Protasii
martyrum reliquias honore suscipiens in basilica, quam in monasterio construxerat,
colloca*vit et sacra*vit officio sacerdotum. Quo loco martyrum congregavit sanctuaria plu-
rimorum, quae tamen praeeunte semper revelatione promeruit, sciens adversarium saepe
subrepere sub nomine sanctitatis.

4 Episcopatus quoque honorem ut susciperet postulatus praefinita responsione conclu-
sit sufficere sibi dicens, quod solitudine desiderata privatus ad illam divinitus venisset
provinciam, ut turbis tribulantium frequentibus interesset. Daturus nihilominus mo-
nachis formam sollicitius admonebat beatorum patrum vestigiis inhaerere, quibus sanc-

---

1 sic *codd. recc. complures:* sic sic *VM*, sicut *L* 2 uindicantur *VM* obtentus *L* 4 dei *om. M* 5 presentis *L* petitura] poscens *VM* Romanos *S:* et Romanos *libri* 8 reuerendissimus *libri complures recc.:* reuerentissimus *LVM* 10 minora petitur *VM:* miro patitur *L*, minora petuntur *recc. codd.*, *cf. Rönsch Itala und Vulgata p. 441* 12 monstrat *VM:* monstrans *L* 13 promittentes *VM* 16 industria] ex industria *L* studiosus *VM* 17 coniunge *LV* transuadare *L pr.* (*sed corr. m. 1*) *et VM* 19 diuinu *L pr.*, *sed corr. m. 1* 20 habitū *VM* forent *L pr.* 23 repperisse *M* 25 martires *VM* (*sic plerumque*) 26 a tali ministerio tandem *om. M* 28 praesentauit reliquiasque — detulit *M:* praesentauit *codd. reliqui omnes* 31 collocauit et sacrauit *S:* collocauit *libri*, *cf. c.* 23 plurimarum (o above a) *M* 33 subrepere *edd. Welseri et Bollandi:* subripere *L pr. et V*, surripere *L m. 2 et M* 36 tribulantibus *L m. 2*, tribulationum *M* nichilhominus *M* 37 formam] normam *videtur auctor hymni* (*v.* 22) *legisse, sed cf.* 4 § 6 informare sollicitus *M* ammonebat *L m. 2 VM*

tae conversationis acquireretur instructio, adhibendamque operam, ne is, qui parentes
reliquit et saeculum, pompae saecularis illecebras retrorsum respiciendo cuperet, quas
vitaverat, et ad hoc uxoris Loth exemplum terribile proponebat. Memorabat etiam 5
timore domini mortificanda esse incentiva libidinum nec aliter superanda corporeae
delectationis asserebat incendia, nisi fuissent per dei gratiam lacrimarum fonte restincta.

X. Quidam vero, nomine Maurus, basilicae monasterii fuit aedituus, quem beatus 1
Severinus redemerat de manibus barbarorum. Huic quadam die praecepit vir dei dicens: 'Cave ne hodie digrediaris alicubi: alioquin imminenti periculo non carebis'.
Hic ergo contra praeceptum tanti patris saecularis cuiusdam hominis persuasu meridie ad colligenda poma in secundo a Favianis miliario egressus mox a barbaris Danuvio transvectus est cum suo persuasore captivus. In illa hora vir dei, dum in cel- 2
lula legeret, clauso repente codice: 'Maurum', ait, 'cito requirite'. Quo nusquam reperto ipse quantocius Istri fluenta praetermeans latrones properanter insequitur, quos vulgus scameras appellabat. Cuius venerandam praesentiam non ferentes supplices quos ceperant reddidere captivos.

XI. Dum adhuc Norici Ripensis oppida superiora constarent et paene nullum castel- 1
lum barbarorum vitaret incursus, tam celeberrima S. Severini flagrabat opinio, ut certatim eum ad se castella singula pro suis munitionibus invitarent, credentes quod eius praesentia nihil eis eveniret adversi. Quod non sine nutu divini muneris agebatur, ut omnes eius monitis quasi caelestibus terrerentur oraculis exemploque illius bonis
operibus armarentur. In castellum quoque, cui erat Cucullis vocabulum, devotionibus 2
accolarum vir sanctus advenerat evocatus, ubi factum grande miraculum nequeo reticere: quod tamen Marciani, post presbyteri nostri, civis eiusdem loci, stupenda relatione cognovimus. Pars plebis in quodam loco nefandis sacrificiis inhaerebat. Quo sacrilegio comperto vir dei, multis plebem sermonibus allocutus, ieiunium triduanum per presbyteros loci persuasit indici ac per singulas domos cereos afferri praecepit,
quos propria manu unusquisque parietibus affixit ecclesiae. Tunc psalterio ex more 3
decurso ad horam sacrificii presbyteros et diacones vir dei hortatus est tota cordis claritate secum communem dominum deprecari, quatenus ad sacrilegos discernendos lumen suae cognitionis ostenderet. Itaque cum multa largissimis fletibus *humi* cum eis fixis genibus precaretur, pars maxima cereorum, quos fideles attulerant, subito est accensa divinitus, reliqua vero eorum, qui praedictis sacrilegiis infecti fuerant volentesque latere negaverant, inaccensa permansit. Tunc ergo, qui eos posuerant, divino 4
declarati examine, protinus exclamantes secreta pectoris suis actionibus prodiderunt et suorum testimonio cereorum et manifesta confessione convicti propria sacrilegia testa-
bantur. O clemens potentia creatoris cereos animosque flammantis! Accensus est 5
ignis in cereis et refulsit in sensibus! Visibilis lux naturam cerae liquabat in flammas, at invisibilis corda fatentum solvebat in lacrimas. Quis credat amplius eos, quos sacrilegus error involverat, postea claruisse bonis operibus, quam eos, quorum cerei fuerant accensi divinitus?

---

1 adquireretur *L m. 2 V* his *M* 2 relinquit *V* pompae *VM*: et pompae *L* aspiciendo *VM* 3 memorabat *VM*: memorabatur *L* 6 fuit *om. M* 7 rediimerat *V* praecetiit *V pr.* (*sed m. 1 correxit*) uir dei *om. VM* 8 imminenti] ab imminenti *VM* cauebis *VM* 11 dum in *VM*: dum *L* cella *VM* 13 histri *LV*, hystri *M* properanter *VM*: properantes *L* 14 scamaras *M*, se amaras *V* 17 fragrabat *L pr.* oppinio *L pr.* 18 monitionibus *V*, municionibus *M* 19 eueniret aduersi *VM*: adueniret aduersi *L* 23 martiani *V* ciuis *VM*: cuius *L*, *cf. c.* 46 § 3 26 persuasi *V* cerreos *V*, caereos *L* (*ubivis*) afferi *M* 27 manu unus *VM*: manus *L* (*h. e.* ma[nu u]nus), *cf. c.* 12 § 3 28 diaconos *V*, *cf. c.* 16 § 2. 4. *c.* 19 § 4 ortatus *L pr.*, exhortatus *M* 29 alacritate *VM* 30 humi *add. S*, *coll. c.* 13 § 1 34 daclarati *V* suis actionibus *S*: suis factionibus *ed. Welseri*. satisfactionibus *LVM* 35 et manifesta] manifesta *VM* 37 liquauit *VM*

1 XII. Alio rursus tempore in finibus eiusdem castelli locustae, frugum consumptri-
ces, insederant copiose, noxiis morsibus cuncta vastantes. Tali ergo peste perculsi
mox presbyteri ceterique mansores S. Severinum summis precibus adierunt dicentes:
'Ut tantae plagae auferatur atrocitas, orationum tuarum experta suffragia postulamus,
quae magno dudum miraculo in accensis caelitus cereis multum apud dominum va-
2 lere conspeximus'. Quos ipse religiosius allocutus: 'Non legistis', ait, 'quid aucto-
ritas divina peccanti populo praeceperit per prophetam: "Convertimini ad me in toto
corde vestro, in ieiunio et fletu" et post pauca: "Sanctificate", inquit, "ieiunium, vo-
cate coetum, congregate ecclesiam", et cetera, quae sequuntur? Explete itaque dignis
operibus, quae docet, ut malitiam facile praesentis temporis evadatis: nullus sane ad
agrum exeat, quasi humana locustas sollicitudine vetiturus, ne divina amplius in-
3 dignatio provocetur'. Nec mora, omnibus in ecclesia congregatis unusquisque in ordine
suo psallebat ex more. Omnis aetas et sexus, quae etiam voce non poterat, precem
deo fletibus offerebat, eleemosynae fieri non cessabant, quicquid bonorum operum
4 praesens necessitas exigebat, sicut famulus dei praeceperat, implebatur. Omnibus
igitur huiuscemodi studiis occupatis quidam pauperrimus opus dei coeptum deserens ad
agrum propriae segetis invisendi causa, quae perparva inter aliorum sata iacebat,
egressus est totoque anxius die locustarum nubem impendentem qua potuit exturbavit
industria moxque ecclesiam communicaturus intravit, sed segetem eius exiguam, multis
vicinorum circumdatam frugibus, locustarum densitas devoravit. Quibus ea nocte ab
illis finibus exterminatis imperio divino probatum est, quanti valeat fidelis oratio.
5 Mane quippe sancti operis temerator atque contemptor rursus ad agrum suum male
securus egrediens eum locustarum sub pernicie funditus invenit abrasum et omnium
circumquaque sationes integras vehementer admirans ad castellum luctuosa voci-
feratione revertitur, cumque id, quod acciderat, indicasset, ad huiuscemodi videndum
cuncti exiere miraculum, ubi quasi ad lineam regularem contumacis hominis segetem
6 locustarum morsus ostenderant. Tunc omnium vestigiis provolutus intercessionibus
eorum delicti sui veniam fusa lamentatione poscebat. Ob quam rem monendi occa-
sionem homo dei reperiens docebat universos, ut omnipotenti domino discerent oboe-
dire, cuius imperiis obtemperant et locustae. Pauper vero praedictus flebiliter alle-
gabat non posse se mandatis oboedire de cetero, si nulla sibi spes, qua viveret, reman-
7 sisset. Tunc ergo vir dei ceteros allocutus: 'Iustum est', inquit, 'ut, qui proprio
supplicio humilitatis vobis et oboedientiae dedit exemplum, liberalitate vestra anni
praesentis alimenta percipiat'. Collatione itaque fidelium et correptus homo pauper-
rimus et ditatus didicit, quantum dispendii incredulitas inferat, quantum beneficii suis
cultoribus conferat divina largitio.
1 XIII. Item iuxta oppidum, quod Iuvao appellabatur, cum quadam die intrantes

7 Ioel 2, 12. 15.

3 mansores ad scm̄ seuerinum *M* 4 tanta *M* 5 caelitus] diuinitus *M* aput *V* 6 religiosus *M* 7 *post* prophetam *add. M* dicens 8 fletu] in fletu *V* 9 secuntur *LM* 10 docet *S:* docetis *LVM, alii ex recc.* docent, *alii* docemini 13 qui *VM* 14 hele Mosinę *M* operum *om. M* 15 exhibebat *M* 16 huiusscemodi *M* pauperinus *M* 17 inuisende *V* iacebat] habebat *M* 18 totoque] toto *M* 19 ecclesiam *VM:* ecclesia *L* 20 circumdata *V* ea] ex *VM* 21 quantum *M, sed cf.* 31, 3 22 mannę *L* atque contemptor *om. VM* rursum *VM* 23 sub *om. VM* abrosum *VM* 24 ammirans *L pr. M* 25 huiusscemodi *M* 26 segete *V* 27 *immo* ostendebant 28 eorum *om. M* 29 repperiens *L pr. VM* omniptenti deo *M* 31 non posse se *S:* posse se *L*, se posse *M*, post se *V* nulla *S:* ulla *libri* spes sibi *VM* 34 correctus *Th. Mommsen* pauperimus (*h. e.* paupererimus) *L*, paupṛrim' *V* (*m. 1 correxit*), pauperinus *M* 35 suis *VM* · sui *L* 37 apellabatur *L*, appellatur *VM*

basilicam aestatis tempore, sollemnitatem vespere redditurі, ad accendenda luminaria
ignem minime reperissent, flammam concussis ex more lapidibus elicere nequiverunt,
in tantum alterutra ferri ac petrae collisione tardantes, ut tempus vespertinae sollemni-
tatis effluеret. At vir dei genibus humi fixis orabat attentius. Mox igitur in con- 2
spectu trium spiritualium, qui aderant tunc, virorum cereus, quem manu idem Sanctus
Severinus tenebat, accensus est. Quo lucente sacrificio vespertini temporis ex more
suppleto gratiae deo referuntur in omnibus. Quod factum licet memoratos, qui huic
interfuere miraculo, celare voluerit, sicut multa magnalia, quae per illum divinis sunt
effectibus celebrata, claritas tamen tantae virtutis occultari non potuit, sed ad magnam
fidem ceteros excellenter accendit.

XIV. Accidit etiam eiusdem loci quandam mulierem diuturno languore vexatam 1
iacere seminecem, exsequiis iam paratis, cuius proximi maesto silentio voces funereas
quodam fidei clamore presserunt et ante ostium cellulae sancti viri corpus iam paene
exanime deposuere languentis. Videns itaque homo dei clausum aditum oppositione 2
lectuli ait ad eos: 'Quidnam est, quod facere voluistis'? Responderunt: 'Ut oratione
tua vitae reddatur exanimis'. Tunc ipse lacrimabundus: 'Quid', inquit, 'a parvo
magna deposcitis? Agnosco me prorsus indignum. Utinam merear veniam pro meis
invenire peccatis'. Et illi: 'Credimus', inquiunt, 'quod, si pro ea oraveris, reviviscet'.
Tunc S. Severinus fusis ilico lacrimis in oratione prostratus est et muliere protinus 3
assurgente allocutus est eos dicens: 'Nolite quicquam horum meis operibus applicare:
hanc enim gratiam fidei vestrae fervor emeruit, et hoc fit in multis locis et gentibus,
ut cognoscatur, quod unus sit deus, faciens in caelo et in terra prodigia, excitans
perditos in salutem et mortuos vitae restituens'. Mulier vero sanitate recepta opus
agrale die tertio iuxta morem provinciae propriis coepit manibus exercere.

XV. Quintanis appellabatur secundarum municipium Raetiarum, super ripam Da- 1
nuvii situm; huic ex alia parte parvus fluvius, cui Businca nomen est, propinquabat.
Is crebra inundatione Danuvii superfluentis excrescens nonnulla castelli spatia, quia in
plano fundatum fuerat, occupabat. Ecclesiam etiam loci eius mansores extra muros
ex lignis habuere constructam, quae pendula extensione porrecta defixis in altum
stipitibus sustentabatur et furculis, cui ad vicem soli tabularum erat levigata con-
iunctio, quam, quotiens ripas excessisset, aqua superfluens occupabat. Quintanensium 2
itaque fide S. Severinus illuc fuerat invitatus. Ubi, cum tempore siccitatis venisset,
interrogat, cur tabulata nudatis obstaculorum tegminibus apparerent. Accolae respon-

---

1 sollempnitatem *LVM* uesperę *M* redditurі] dicturi *M* 2 excussis *VM* 3 ferri *om. VM* ac] hac *M* petrę *L* (trę *m. 2 in rasura quinque fere literarum*) sollēpnitatis *L pr. et V* 5 manu] in manu *M* 7 refferuntur *L* 8 sicut] sicut et *VM* 11 diuturno *L:* diutino *VM* 12 funeratas *M* 13 fidī *LM* hostium *LVM* 14 languentes *V, om. D* oppisitione *L pr.* 16 uitae] u*tę *L pr.* lacrymabundus exclamans ait. Quid *D* inquit *om. VMD* 17 agnoscite *M*, agnosce *D pr.* inuenire pro meis *M*, pro meis inueniri *D*, pro meis *V* 18 si pro ea *L in litura*, pro ea *om. VMD* reuiuescet *LV*, reuiuiscit *D* 20 dicens *om. VMD* quidquam *M* 21 fidī *M* uestrae *om. D* feruor emeruit] feruore meruit *V* (or e *L m. 1 in litura*) 22 in cęlo et in terra faciens *M* 23 recepta *VM:* percepta *LD, cf. c.* 26 § 1; *c.* 46 § 5. 6 24 sacrale *D* proprius *D* 25 appellabatur *L pr. VMD:* appellabatur locus *L m. 2* secundarum *VMD:* fecundarum *L pr.*, fęcundarum *L m. 2, cf. Mommsen C. Inscr. lat. 3, 2 p. 707* retiarum *LV*, reciarum *MD* 26 situm *L pr. VMD:* situs *L m. 2* Businca] inca *M*, *in L* nca *in litura m. 2 scripsit* fluuius Quintana nomine propinquabat *D* 27 Is] His *L pr. VM* castella *L pr.* 28 planu *VM* loci eius] eiusdem loci *M* murus *D pr.* 29 constructa *D* porecta *V* 30 sustentabatur] *post* su *in L* i *erasum* 31 ripas] riuus *D* occuparat *D* 32 illic *M* siccitatis] *post* ci *duae literae erasae in L* ueniret *D* 33 interrogat *LVM:* interrogabat *D, cf. c.* 16 § 2; *c.* 19 § 4 tabulate *L pr.* apparent *M*

derunt, quod frequenti fluminis alluvione quicquid fuisset superstratum continuo labe-
retur. At ipse: 'Sternatur', inquit, 'tabulatis nunc in Christi nomine pavimentum, iam
3 videbitis amodo fluvium caelesti iussione prohibitum'. Pavimento itaque perfecto ipse
subter navi descendens accepta securi postes facta oratione percussit atque ad aquam
fluminis venerandae crucis expresso signaculo dixit: 'Non te sinit dominus meus Iesus
4 Christus hoc signum crucis excedere'. Ex illo itaque tempore, cum ex more fluvius
crevisset in cumulos ambissetque viciniam, quam solebat, ita spatiis ecclesiae erat
inferior, ut nunquam sancti patibuli signaculum, quod impresserat homo dei, prorsus
excederet.

1 XVI. Accidit autem, ut castelli presbyter memorati admodum venerabilis, Silvi-
nus nomine, moreretur, et cum in ecclesia feretro posito noctem psallentes duxissent
ex more pervigilem, iam clarescente diluculo rogavit vir dei fessos presbyteros et dia-
cones universos parumper abscedere, ut post laborem vigiliarum somno se aliquantu-
2 lum recrearent. Quibus egressis homo dei ostiarium, Maternum nomine, interrogat,
utrum omnes, ut dixerat, abscessissent. At illo respondente cunctos abisse: 'Nequa-
quam', ait, 'sed latet hic quaedam'. Tunc ianitor ecclesiae saepta secundo perlustrans
nullum intra ea remansisse testatur. Verum Christi miles domino revelante: 'Nescio
quis', ait, 'hic delitescit'. Tertio itaque diligentius perscrutans quandam invenit virgi-
3 nem consecratam locis se occultioribus abdidisse. Hanc ergo memoratus sic increpa-
vit aedituus: 'Cur istic famulo dei posito tuam credideras potuisse latere praesentiam'?
At illa: 'Pietatis', inquit, 'amor talia me facere persuasit: videns enim cunctos foras
expelli cogitavi mecum, quod servus Christi invocata divina maiestate praesentem
4 mortuum suscitaret'. Exeunte igitur memorata virgine homo dei cum presbytero et
diacone ianitoribusque duobus in oratione curvatus oravit fletu largissimo, ut opus
solitae maiestatis superna virtus ostenderet. Tunc orationem complente presbytero ita
cadaver vir beatus alloquitur: 'In nomine domini nostri Iesu Christi, sancte presbyter
5 Silvine, loquere cum fratribus tuis'. At ubi oculos defunctus aperuit, vix praesenti-
bus homo dei tacere prae gaudio persuasit et denuo ad eum: 'Vis', inquit, 'ut roge-
mus dominum, ut te adhuc servis suis in hac vita condonare dignetur'? At ille ait:
'Per dominum te coniuro, ne hic diutius tenear et frauder quiete perpetua, in qua me
6 esse cernebam'. Statimque reddita oratione quievit exanimis. Hoc autem factum ita
S. Severini adiuratione celatum est, ut ante mortem eius non potuisset agnosci; ego
tamen haec, quae retuli, Marci subdiaconi et Materni ianitoris relatione cognovi. Nam
presbyter et diaconus, tanti testes miraculi, ante virum sanctum, cui iuraverant nulli
se quod viderant prodituros, obisse noscuntur.

1 XVII. Talibus igitur beatus Severinus per Christi gratiam muneribus opulentus
captivorum etiam egenorumque tantam curam ingenita sibi pietate susceperat, ut paene

---

1 fuisse *V* labaretur *D* 2 inquid *V* tabulatis] super tabulata *VMD* 3 fluuium ammodo *M* pauiuento *D* 4 nauim *VM*, *om. D* postactahęcfacta *M* (acta *erasa sunt*) postes] es *in L add. m. 2 in litura* oratione *om. M* 7 comulos *V*, cumolos *M pr.* uicina *M* 8 inferior *D:* inferius *LVM* 8 quod — excederet *om. L pr.* homo dei impresserat *M* 10 admodum *L m. 2:* ammodum *L pr. VM* 11 ex more duxissent *M* 12 diacones *LVM*, *cf. c.* 11 § 3 14 hostiarium *LVM* 15 dixerat *VM.* dixerant *L* 16 sed] sunt *D* quidam *D* 17 milites *V* domino] domino sibi *VMD* 19 addidisse *D* 20 istic *VMD:* istius *L* credideras *VM:* credideris *LD* posse *VM* 21 pietas *V* expelli foras *M* 22 putaui *D* 24 diacone *L:* diacono *VM*, diac̄. *D* postulauit *D* 25 superna] diuina *D* oratione completa a presbytero *D* 26 cadaueri *D* 27 At ubi] et subito *D* uix] uix uero *D* 28 prae gaudio tacere *M* ut *om. VM* 29 dominum] deum *M*, *item v.* 30 31 esse iam cernebam *D* 32 diuratione *L* 33 diaconi *VM* Materni] Martini *VM* 34 sanctum uirum *M* 36 beatissimus *M* obtulentus *D*

omnes per universa oppida vel castella pauperes ipsius industria pascerentur: quibus
tam laeta sollicitudine ministrabat, ut tunc se crederet tantummodo saturari vel abun-
dare bonis omnibus, quando videbat egentum corpora sustentari. Et cum hebdoma- 2
darum continuatis ieiuniis minime frangeretur, tamen esurie miserorum se credebat
afflictum. Cuius largitionem tam piam in pauperes plurimi contemplantes, quamvis
ex duro barbarorum imperio famis angustiam sustinerent, devotissime frugum suarum
decimas pauperibus impendebant. Quod mandatum licet cunctis ex lege notissimum
tamen, quasi ex ore angeli praesentis audirent, grata devotione servabant. Frigus 3
quoque vir dei tantum in nuditate pauperum sentiebat: siquidem specialiter a deo per-
ceperat, ut in frigidissima regione, mirabili abstinentia castigatus, fortis et alacer per-
maneret. Pro decimis autem, ut diximus, dandis, quibus pauperes alerentur, Norici 4
quoque populos missis exhortabatur epistolis. Ex qua consuetudine cum ad eum non-
nulli erogandarum vestium copiam direxissent, interrogavit eos, qui venerant, si ex
oppido quoque Tiburniae similis collatio mitteretur. Respondentibus etiam inde proti-
nus affuturos vir dei nequaquam eos venire signavit, sed dilatam eorum oblationem
praedixit barbaris offerendam. Itaque non multo post cives Tiburniae vario cum ob-
sidentibus Gothis certamine dimicantes vix initi foederis pactione inter cetera etiam
largitionem iam in unum collatam, quam mittere famulo dei distulerant, hostibus ob-
tulerunt.

XVIII. Cives quoque ex oppido Lauriaco crebra quondam S. Severini exhortatione 1
commoniti frugum decimas pauperibus offerre distulerant. Quibus fame constrictis
iam maturitate messium flavescente vicina subsidia monstrabantur. At ubi rubiginis
improvisa corruptio frugibus nocitura comparuit, mox ad ipsum convenere prostrati,
poenas suae contumaciae confitentes. Miles vero Christi fessos verbis spiritualibus 2
allevabat dicens: 'Si decimas obtulissetis pauperibus, non solum aeterna mercede
frueremini, verum etiam commodis possetis abundare praesentibus. Sed quia culpam
confessione propria castigatis, de domini pietate polliceor, quod rubigo praesens tam
valida penitus non nocebit; tantum fides vestra ulterius non vacillet'. Verum cives
ad persolvendas ex illo decimas die promissio reddidit promptiores. Tunc, ut solebat,
hortatus est indici ieiunium: quo expleto placidus imber desperatae messis amputavit
incommoda.

XIX. Batavis appellatur oppidum inter utraque flumina, Enum videlicet atque 1
Danuvium, constitutum, ubi beatus Severinus cellulam paucis monachis solito more fun-
daverat, eo quod ipse illuc saepius rogatus a civibus adveniret, maxime propter Alaman-
norum incursus assiduos, quorum rex Gibuldus summa eum reverentia diligebat. Qui 2

---

2 saturari] saluari *M* habundare *V*, habundari *M* 3 egentum *LVD:* egencium *M*, *cf. c.* 11 § 5 cum] cum ipse *D* edomadarum *V* 5 largiotionem *L* (*sed m. 1* o *delevit*), *cf. ad* § 4 6 imperio *om. M* angustiam] angustias *D*, inopias angustias *M* deuotissime] deuotissime tamen *D* 7 notissimum sit, tamen *D* 8 praesentis *om. M* 9 a deo specialiter *M* acceperat *M* 10 miraculi *D* maneret *VM* 12 populos] p̄brof *D* exortabatur *L pr. V* nonnulli *M:* nonnullam *LV* nonnullam ad eum *D* 13 copia *V* 14 tiburnia *D* 14 *et* 16 tiburtinię *L pr.*, tigurniae *V*, tugurniae *M*, *fort.* Tiuurniae *scribendum est* 16 offerandam *L* multum *VM* Tiburniae (tigurniae *V*) uario cum obsidentibus Gothis certamine dimicantes *VD:* tugurniae uario cum hostibus certamine dimicantes *M*, tiburniae dimicantes *L* 17 pactionem *V* 18 largionē *V* optulerunt *LM* 22 flauente *M* 23 inprouisę *VMD* conuenire *L pr.* 24 spiritalibus *D* 26 fruemini *L pr.* etiam *om. M* habundare *L pr. VM* 27 propia *V* 28 ualide *D* 29 illo decimas die *L:* illo decimas *VM*, illa die decimas *D* promissio] hęc promissio *VMD* rediddit *M* 30 ymber *MD* 32 atauis *VM*, Batabis *D* *velis cum D* appellabatur, *cf.* 1, 3. 4, 6. 7. 11, 2. 13, 1. 15, 1. 24, 1. *sed v.* 1, 1 *et* 15, 1 nomen est inter] ut inter *D* Enum *D:* hęnum *M*, henum *V*, renum *L*, *cf. c.* 3 § 3 33 monachis *om. D* 34 a] ad *V*

etiam quodam tempore ad eum videndum desideranter occurrit, cui sanctus obviam, ne adventu suo eandem civitatem praegravaret, egressus est, tantaque constantia regem est allocutus, ut tremere coram eo vehementius coeperit, secedensque suis exercitibus indicavit nunquam semet in re bellica nec aliqua formidine tanto tremore fuisse con-
3 cussum. Cumque dei famulo daret optionem imperandi, quae vellet, rogavit doctor piissimus, ut, sibi potius praestaturus, gentem suam a romana vastatione cohiberet et captivos, quos sui tenuerant, gratanter absolveret. Tunc rex constituit, ut ex suis aliquem dirigeret ad opus maturius exsequendum, statimque missus Amantius diaconus e vestigio regem subsequitur eiusque pro foribus excubans multis diebus non potuit
4 nuntiari. Cui re, pro qua directus fuerat, non peracta tristissimo revertenti apparuit quidam, effigiem sancti praeferens Severini, qui eum minaci compellatione perterritum sequi se iussit. Cumque pavens et concitus sequeretur, pervenit ad ianuam regis statimque dux ille praevius ex oculis mirantis evanuit. Verum regis internuntius diaconem, unde esset vel quid speraret, interrogat. Ille rem breviter insinuans oblatis
5 regi receptisque remeavit epistolis. Dimissus igitur revexit fere septuaginta captivos, insuper promissionem regis gratam deferens, qua spopondit se, cum diligenter provinciam peragraverit, remissurum, quantus in eadem repertus fuisset numerus captivorum. Pro qua re postmodum S. Lucillus presbyter destinatus magnam miserorum copiam a captivitate revocavit.

1 XX. Per id tempus, quo romanum constabat imperium, multorum milites oppidorum pro custodia limitis publicis stipendiis alebantur. Qua consuetudine desinente simul militares turmae sunt deletae, cum limite batavino utcunque numero perdurante, ex quo perrexerant quidam ad Italiam extremum stipendium commilitonibus allaturi, quos
2 in itinere peremptos a barbaris nullus agnoverat. Quadam ergo die, dum in sua cellula S. Severinus legeret, subito clauso codice cum magno coepit lacrimari suspirio, astantes iubens ad fluvium properanter excurrere, quem in illa hora humano firmabat cruore respergi, statimque nuntiatum est corpora praefatorum militum fluminis impetu ad terram fuisse delata.

1 XXI. Paulinus quidam presbyter ad S. Severinum fama eius excurrente pervenerat: hic in consortio beati viri dies aliquot remoratus, cum redire vellet, audivit ab eo: 'Festina, venerabilis presbyter, quia cito dilectionem tuam, populorum desideriis,
2 ut credimus, obluctantem, dignitas episcopatus ornabit'. Moxque, remeante ad patriam, sermo in eum praedicentis impletus est. Nam cives Tiburniae, quae est metropolis Norici, coegerunt praedictum virum summi sacerdotii suscipere principatum.

---

1 desideranter] et desiderandum *M* obuiam *om. D* 2 aduentu *VMD:* adtentu *L pr.*, attentu *L m. 2* eandem] eam *D* regem constantia allocutus est *M* 3 eo] o *L m. 2 in lit. addidit* secedensque] sedetp̉ea (*h. e.* sed et postea) *D* 4 nunquam semet *L:* nunquam se nec *VD*, se nunquam nec *M* in *om. D* fuisse tremore *D* 5 famulum *V* impetrandi *M* 7 absolueret *V corr. et M:* absoluerent *L et V pr.* (*sed m. 1 correxit*) constituerat *D* 8 dirigeret] *syllaba* ret *in L in litura* ad id opus *VMD* 10 re pro *Bollandus:* pro re *LVMD*, *cf.* § 5 11 perterritum *om. D* 12 atque *D* concitis *V* (o *suprascr.*) 13 mirantis *VMD:* mirantibus *L* iterum nuntius *D* 15 regis *L pr. V* 16 se spopondit *VM* 17 peragraueret *D* quantos — numeros *VMD* repertus *L:* reperturus *VM*, recepturus *D* 18 S. Lucillus presbyter postmodum *VM* 19 a] ex *VM* 20 id *VMD:* idem *L* temporis *VM* 21 quia *D* 22 delatę *L* (*sed correxit m. 1*) *et M* cum] simul cum *M* batauino *VM:* batabino *L*, *cf. Mommsen Corp. inscr. lat. 3, 2 p. 690* utcunque] uno utcunque *M* 23 quidem *L* quos interemptos a *D* 24 barbarbaris *M* 25 lacrimari *L:* lacrimare *VM* 26 asstantus *L pr.* iubens *VMD:* iubet *L*, iussit *codd. recc.* quem *VMD:* quia *L* humano *L pr. VMD:* humanum *L m. 2* affirmabat *M* 27 cruore *VMD:* cruorem *L* pręfictorum *D* 29 presbyter *om. D* eius] eius latius *V*, eius lacius *M* 30 dies *L pr.:* diebus *L m. 2 VM* demoratus *M* 32 ornauit *L pr.*, ornarnabit *V* moxque] mox *D* 33 eum] eo *VMD* tiburtinię *L*, tigurniae *V*, tugurnię *M* 34 coegerunt] elegerunt *VM* sacerdotis *M*

XXII. Basilicae extra muros oppidi batavini in loco nomine Boiotro trans Enum 1
fluvium constitutae, ubi cellulam paucis monachis ipse construxerat, martyrum reliquiae
quaerebantur. Ingerentibus ergo se presbyteris, ut mitterentur ad sanctuaria defe-
renda, haec beatus Severinus monita proferebat: 'Quamvis cuncta mortalium opere con-
structa praetereant, haec tamen aedificia prae ceteris celerrime relinquenda sunt; et
ideo pro reliquiis sanctorum nullum laborem debetis suscipere, quia ultro eis S. Io-
hannis benedictio deferetur'. Interea beatum virum cives oppidi memorati suppliciter 2
adierunt, ut pergens ad Febanem, Rugorum principem, mercandi eis licentiam postu-
laret. Quibus ipse: 'Tempus', inquit, 'huius oppidi propinquavit, ut desertum, sicut
cetera superiora castella cultore destituta, remaneat. Quid ergo necesse est locis mer-
cimonia providere, ubi ultra non poterit apparere mercator?' Respondentibus illis non 3
se debere contemni, sed consueto sublevari regimine quidam presbyter haec diabolico
spiritu repletus adiecit: 'Perge', quaeso, 'sancte, perge velociter, ut tuo discessu
parumper a ieiuniis et vigiliis quiescamus'. Quo dicto vir dei lacrimis urgebatur in-
gentibus, quod in ridiculam vanitatem cunctis audientibus sacerdos eruperit. Aperta
namque scurrilitas latentium est testificatio delictorum. Sanctus itaque vir, cur ita
fleret, interrogatus a fratribus: 'Video', inquit, 'plagam gravissimam nobis absenti-
bus huic loco protinus eventuram, et Christi sacraria, quod non sine gemitu cogor
exprimere, humano sanguine redundabunt, in tantum, ut etiam locus iste violandus
sit'. Nam in baptisterio loquebatur. Ad antiquum itaque et omnibus maius monaste- 4
rium suum iuxta muros oppidi Favianis, quod centum et ultra milibus aberat, Danu-
vii navigatione descendit. Mox igitur eo descendente Hunimundus paucis barbaris
comitatus oppidum, ut sanctus praedixerat, Batavis invasit ac paene cunctis mansoribus
in messe detentis quadraginta viros oppidi, qui ad custodiam remanserant, interemit.
Presbyterum quoque illum, qui tam sacrilega contra famulum Christi in baptisterio 5
fuerat elocutus, ad eundem locum confugientem insequentes barbari peremerunt.
Frustra enim illuc offenso deo veritatis inimicus accessit, ubi tam imprudenter ex-
cesserat.

XXIII. Igitur sanctus Severinus, dum in monasterio Favianis evangelium legeret, 1
oratione suppleta consurgens scapham sibi iubet ilico praeparari et mirantibus ait:
'Sit nomen domini benedictum, sanctuariis beatorum martyrum nos oportet occurrere'.
Nec mora: transmeato Danuvio inveniunt hominem considentem in ripa ulteriori flu-
minis ac multis eos precibus postulantem, ut ad servum dei, ad quem fama vulgante
olim venire cuperet, duceretur. Mox itaque ei Christi famulo demonstrato suppliciter 2
S. Iohannis Baptistae reliquias obtulit multis apud se servatas temporibus. Quas

1 baiothro *M*, biothro *V*, boitro *D*, *cf. Mommsen l. d.* Enum fluuium] henum fluuium *V*, haenum fluuium *L*, fluuium henum *M* 2 ubi] *cf.* 19, 1 4 proferebat *VMD:* praeferebat *L* 5 et ideo *VMD:* uideo *L* 6 debetis *S:* deberi *L*, debere *VMD* ultro] et ultro *VM* ioannis *M* 7 deferretur *VM*, referretur *D* 8 pergeret *D* febanem *VM*, febanum *L m.* 2, fabianum *L pr.*, fauianam *D*. *videtur* Feuam *sive* Febam *scribendum esse*, *coll. c.* 8 § 1. *c.* 31 § 1. *c.* 40 § 1. *c.* 42 § 1. *c.* 44 § 4; *sic Cassiodor. chron. a. 487* (*ed. Mommsen p. 656*) *habet* Foeba, *anonym. Cuspiniani a. 487* (*Mommsen p. 667*) Feuuanum, *Orig. gent. langob. c. 4:* Feuane ei *M* postularetur *D* 9 inquid *V* 10 priora *D* destituto *L* 11 illis] eis *M* 13 plenus *M* disscessu *V* 14 dicto] audito *M* a lacrimis *L* (*pr. m.* a *delevit*) urguebatur *M* 15 Aperta — 16 delictorum *om. M* 17 inquid *V* 18 et *VM:* ut *L* non sine *VM:* sine *L* 21 suum *om. M* fauianis *VM:* fabianis *L* 22 humimundus *L pr.*, hunumundus *V*, hodemundus *M* 25 christi famulum *M* 27 offenso deo] offendō *V* 29 sanctisimus *M* 30 scafam *VM* sibi] ibi *L pr.* ilico praeparari iubet *M* 31 occurere *M* 32 confidentem *V* ulteriore *VM*, ulterius *L m. pr.* 33 eos] eorum *M* quam *V* 35 optulit *LV*

dei servus debita veneratione suscipiens in basilicam S. Iohannis, sicut praedixerat,
ultronea benedictione collatas sacravit officio sacerdotum.

1 XXIV. Ad habitatores praeterea oppidi, quod Ioviaco vocabatur, viginti et am-
plius a Batavis milibus disparatum, solita vir dei revelatione commonitus Moderatum
nomine, cantorem ecclesiae, destinavit, praecipiens ut habitationem loci illius omnes
sine cunctatione relinquerent, mox enim perituros fore, si contemnerent imperata.
2 Aliis ergo de tanto praesagio dubitantibus, aliis prorsus non credentibus iterum misit
Quintasium quendam, cui et lacrimans ait: 'Perge velocius, denuntians eis, si hac
ibidem nocte manserint, sine dilatione capientur'. Sanctum quoque Maximianum, spi-
ritualis vitae presbyterum, instantius imperat admoneri, ut saltem ipse contemptoribus
derelictis properaret caelesti misericordia liberari; de quo sibi dei famulus magnam
dicebat inesse maestitiam, ne forte salutiferum differendo mandatum imminenti subia-
3 ceret exitio. Praedictus itaque pergens imperata supplevit, sed presbytero et reliquis
incredulitate nutantibus nuntius viri dei presbytero retinenti se atque hospitalitatis
gratiam praebere cupienti nullatenus acquievit. Qua nocte Heruli insperate protinus
irruentes oppidumque vastantes plurimos duxere captivos, presbyterum memoratum
patibulo suspendentes. Quo audito servus dei graviter doluit praemonitos non curasse.

1 XXV. Deinde quidam de Norico, Maximus nomine, ad servum dei frequentare
solitus cum venisset et pro familiaritate, quam meruerat, in monasterio sancti viri
diebus aliquot moraretur, eius informatur oraculis patriam suam grave repente exci-
dium subituram. Qui acceptis litteris ad S. Paulinum episcopum ordinatis remeavit
2 instantius. Igitur memoratus antistes litterarum tenore praestructus universa dioecesis
suae castella scriptis propriis vehementer admonuit, ut triduano ieiunio, quod litterae
3 viri dei signaverant, exitio venturae cladis occurrerent. Quibus iussa complentibus
terminato ieiunio ecce Alamannorum copiosissima multitudo feraliter cuncta vastavit.
Castella vero nullum sensere periculum, quae lorica fidelis ieiunii et laudanda cordis
humilitas per virum propheticum adversus hostium ferociam fidenter armaverat.

1 XXVI. Post haec leprosus quidam mediolanensis territorii ad S. Severinum fama
eius invitante perrexerat: hunc sanitatis remedia suppliciter implorantem monachis suis
indicto ieiunio commendavit; qui continuo dei gratia operante mundatus est. Cumque
recepta sanitate redire suaderetur ad patriam, prostravit se pedibus sancti viri, petens,
ne ulterius ad sua redire cogeretur, cupiens scilicet ut lepram quoque peccatorum
2 sicut carnis effugeret vitamque in eodem loco fine laudabili terminaret. Cuius ani-
mum religiosum vir dei vehementer admirans paucis monachis paterna iussione prae-
cepit frequentatis cum eo ieiuniis in oratione continua permanere, ut dominus ei, quae
essent opportuna, concederet. Tantis itaque remediis praemunitus intra duorum men-
sium spatium vitae mortalis est compedibus absolutus.

---

1 in basilicam *S:* basilicam *L*, basilica *V* praedixerat] *cf. c.* 22 § 1 2 collatas *S:* collata *L*, collocata *M*, *cf. c.* 9 § 3 3 iobiaco *VM*, *cf. Mommsen Corp. Inscr. L. 3, 2 p. 690. XXXVIII* et] et eo *M* 5 destinabit *L* 6 enim *om. M* 7 praesagio] nuntio *V*, nuncio *M* 8 inlacrimans *VM* eis] ait eis *L* (*sed* ait *deletum*) 9 dilatione] dubitacione *V*, dubio *M* maximum *M*, maximinum *V* 10 ammoneri *L pr.*, ammonere *M*, admonere *V* 13 excidio *M* sed presbytero et *VM:* et *L* 14 nuntiis *L pr.* uir *L pr.* retinendi *M* 15 adquieuit *L m. 2 VM* 16 uastantes] uexantes *VM* 17 praemonitus *L* 20 diebus *om. V* aliquit *L pr.* graue *om. V* exitium *V*, exicium *M* 21 episcopum ordinatis *L* (*m. pr. sive* 2) *in rasura decem fere literarum*, episcopum destinatis *VM* 22 praestructus *L:* perstructus *VM*, *cf. c.* 28 § 1. *c.* 30 § 1 23 ammonuit *L pr. M* 26 cordis] carnis *V* 28 mediolanensis *VM:* mediolensis *L* 29 perrexerat] peruenerat *M* 30 dei gratia *V:* dei gratiam *L*, deo *M* 31 sancti uiri pedibus *M* 33 effugeret *VM:* effugaret *L* 34 ammirans *L pr. M* praecepit *L:* praecepit ut *VM* 35 permanerent *VM* 36 praemunitus *M:* praemonitus *LV* mensuum *V*

XXVII. Eodem tempore mansores oppidi quintanensis, creberrimis Alamannorum 1
incursionibus iam defessi, sedes proprias relinquentes in Batavis oppidum migrave-
runt. Sed non latuit eosdem barbaros confugium praedictorum; qua causa plus in-
flammati sunt, credentes quod duorum populos oppidorum uno impetu praedarentur.
Sed beatus Severinus orationi fortius incubans Romanos exemplis salutaribus multipliciter
hortabatur, praenuntians hostes quidem praesentes dei auxilio superandos, sed post
victoriam eos, qui contemnerent eius monita, perituros. Igitur Romani omnes sancti 2
viri praedictione firmati spe promissae victoriae adversus Alamannos instruxerunt
aciem, non tam materialibus armis, quam sancti viri orationibus praemuniti. Qua
congressione victis ac fugientibus Alamannis vir dei ita victores alloquitur: 'Filii, ne
vestris viribus palmam praesentis certaminis computetis, scientes idcirco vos dei prae-
sidio liberatos, ut hinc parvo intervallo temporis, quasi quibusdam concessis indutiis,
discedatis. Mecum itaque ad oppidum Lauriacum congregati descendite'. Haec homo
dei plenus pietate commonuit. Sed Batavinis genitale solum relinquere dubitantibus 3
sic adiecit: 'Quamvis et illud oppidum, quo pergimus, ingruente barbarie sit quan-
tocius relinquendum, hinc tamen nunc pariter discedamus'. Talia commonentem se-
cuti sunt plurimi, quidam vero reperti sunt contumaces nec defuit contemptoribus gla-
dius inimici. Quicunque enim ibidem contra hominis dei interdicta manserunt, Tho-
ringis irruentibus in eadem hebdomada alii quidem trucidati, alii in captivitatem
deducti poenas dedere contemptui.

XXVIII. Igitur post excidium oppidorum in superiore parte Danuvii omnem po- 1
pulum in Lauriacum oppidum transmigrantem, qui sancti Severini monitis paruerat,
assiduis hortatibus praestruebat, ne in sua virtute confiderent, sed orationibus et ieiu-
niis atque eleemosynis insistentes armis potius spiritualibus munirentur. Praeterea vir 2
dei quadam die cunctos pauperes in una basilica statuit congregari, oleum prout posce-
bat ratio largiturus; quam speciem in illis locis difficillimam negotiatorum tantum de-
ferebat evectio. Igitur tanquam benedictionis accipiendae gratia maior egenorum turba
confluxit: pretiosum quippe ibidem liquoris elementum auxit turbam numerumque
poscentium. Tunc vir beatus oratione completa signoque crucis expresso solitum sibi 3
scripturae sanctae sermonem cunctis audientibus exprimens ait: 'Sit nomen domini
benedictum'. Tunc coepit oleum propria manu ministris implere portantibus, imitatus
fidelis servus dominum suum, qui non ministrari venerat, sed potius ministrare, se-
quensque vestigia salvatoris gaudebat augeri materiem, quam officio dextrae sinistra
nesciente fundebat. Completis quippe vasculis pauperum nihil minuebatur in manibus
ministrantium. Tantum igitur dei beneficium dum circumstantes tacite mirarentur, 4
unus eorum, cui nomen erat Pientissimus, nimio stupore perterritus exclamavit: 'Do-
mine mi, crescit hic caccabus olei et in modum fontis exundat'. Sic liquor ille gra-
tissimus prodita virtute subtractus est. Statim Christi famulus exclamans ait: 'Quid 5

---

2 babtauis *V* 3 Sed non — 4 praedarentur *om. M* 3 latuit] latos *V* 6 praesentis *VM* 7 contēpnerint *M* omnes *om. VM* 8 spe *om. VM* construxerunt *VM* 11 imputetis *VM* iccirco *M* dei] dei nunc *VM* 12 indiciis *V* 15 quantotius *LV* 16 descendamus *V* commonente *M* 18 thoringis *VM:* turingis *L, cf. c.* 31 § 4 19 ebdomada *LM*, edomadac (b) *V, cf. c.* 17 § 2 21 superiore parte *VM*. superiorem partem *L* 24 atque eleemosynis] atque elemosinis *L*, atque helemosinis *M*, anelemosinis *V* quadam die uir dei *LVM, sed in L m. 1 correxit* 26 difficillimam *VM:* difficillima *L* 28 pretiosius *V*, preciosius *M* ibidem *VM:* idem *L* liquoris] huius liquoris *VM* alimentum *VM* 29 signoque] signo *VM* 31 miratus *L pr., sed correxit m. 1* 32 qui non —] *cf. Evang. Marci 10, 45* 33 dextrae *L:* dexterę *VM* nesciente sinistra *M* 34 itaque (quippe) *M* nichil *LM* 35 ministrantum *V* 36 stupore] timore *V* 37 caccabus *L m. 2:* caccauus *L pr. V*, cacauus *M* immodum *V*

fecisti, frater? Obstruxisti commoda plurimorum; ignoscat tibi dominus Iesus Christus'. Sic aliquando mulier vidua debitis onerata Helisei prophetae iussis instruitur ex olei stilla, quam habebat, vasa replere quam plurima. Quod cum fecisset et adhuc a filiis vasa deposceret, ubi audivit defecisse numerum vasorum, mox stetit oleum.

1 XXIX. Per idem tempus Maximus Noricensis, cuius fecimus in superioribus mentionem, fidei calore succensus media hieme, qua regionis illius itinera gelu torpente clauduntur, ad beatum Severinum audaci temeritate, vel magis, ut post claruit, intrepida devotione venire contendit, conductis plurimis comitibus, qui collo suo vestes captivis et pauperibus profuturas, quas Noricorum religiosa collatio profligaverat, baiularent. Itaque profecti ad summa Alpium cacumina pervenerunt, ubi per totam noctem nix tanta confluxit, ut eos magnae arboris protectione vallatos velut ingens fovea demersos in-
2 cluderet. Et cum de vita sua penitus desperarent, nullo scilicet subveniente remedio, vidit ductor comitum per soporem effigiem viri dei stantem ac dicentem sibi: 'Nolite timere, pergite quo coepistis'. Hac ergo revelatione protinus animati cum coepissent fide magis quam gressibus proficisci, subito divino nutu ingentis formae ursus e latere veniens viam monstraturus apparuit. Qui se tempore hiemis speluncis abdere consuevit, mox cupitum reserat iter et per ducenta ferme milia non ad sinistram devians,
3 non ad dexteram viam demonstravit optabilem. Tanta enim eos intercapedine praecedebat, quanta recenti vestigio semitam praepararet. Itaque progrediens bestia per eremi vastitatem viros, qui egenis deferebant solatia, non reliquit, sed usque ad habitacula hominum qua potuit humanitate perduxit et mox in unam partem officio devertit expleto, ostendens tanto ductus officio, quid homines hominibus praestare debeant quantumque caritatis impendere, cum desperantibus iter bestia saeva monstraverit.
4 Igitur cum servo dei nuntiarentur, qui venerant, ait: 'Sit nomen domini benedictum. Ingrediantur, quibus viam, qua venirent, ursus aperuit'. Quo audito illi stupore nimio mirabantur virum dei referre id, quod in absentia provenerat.

1 XXX. Cives item oppidi Lauriaci et superiorum transfugae castellorum ad suspecta loca exploratoribus destinatis hostes quantum poterant humana sollicitudine praecavebant. Quos servus dei divinitatis instinctu commonitus praesaga mente praestruxit, ut omnem paupertatis suae sufficientiam intra muros concluderent, quatenus inimicorum feralis excursio nihil humanitatis inveniens statim fame compulsa immania cru-
2 delitatis coepta desereret. Haec per quadriduum contestatus advesperascente iam die Valentem nomine monachum mittens ad S. Constantium, eiusdem loci pontificem, et ad ceteros commanentes: 'Hac', inquit, 'nocte dispositis per muros ex more vigiliis districtius excubate, supervenientis hostis cavete insidias'. At illis nihil adversi explo-
3 ratores sentire se penitus affirmabant. Sed Christi famulus praemonere non desinens

2 Reg. II, 4, 2 sqq.

---

1 Christus *om. VM* 3 stilla] *immo* situla 4 uasorum *om. VM* stetit] stetit et *VM* oleum *om. L pr.* 5 tempus *om. L pr.* fecimus *in litura add. L m. 2* in superioribus] *cf. c.* 25 11 excluderet *VM* 13 effigiem uiri] quendam in effigie (effię *M*) uiri *VM* 18 obtabilem *L pr. V* 19 quanta *VM:* quanto *L* 20 heremi *LVM* abitacula *L pr.* 21 deuertit *L:* diuertit *VM* 22 ducatus *VM* 23 quantumque] quantum *VM* 25 uia *V* aperuit ursus *M* 26 absentia *codd. recc.:* absenti *LVM* 27 idem *VM* 28 humana poterant sollicitudine *V*, humana sollicitudine poterant *M* 29 praestruxit *VM:* perstruxit *L*, *cf. c.* 25 § 2 31 nichil *L* (*sic saepissime*) compulsus *VM* 32 quadriduum *codd. complures recc.:* quatriduum *VM*, quadrubium *L* 33 constantium *V:* constancium *M*, constantinum *L* 34 commanentes *VM:* commonentes *L*, *cf. c.* 42 § 1 35 cauete *L corr. m. 1:* cauentes *L pr. VM* illis *S:* illi *codd.* exploratores *L:* per exploratores *VM* 36 affirmabant *VM:* ignorabant *L* (*sed* igno*r *in litura scripsit m. 1. videtur aliud verbum latere*)

dubitantibus voce magna clamabat, eadem nocte eos asserens capiendos, nisi imperiis
fideliter oboedirent, saepius repetens: 'Me', inquit, 'me, si mentitus fuero, lapidate'.
Itaque tandem aliquando muris invigilare compulsi, expleta consueti operis in noctis
principio psalmodia, cum celeberrimo coepissent vigilare concursu, acervus faeni commi-
nus positus facula baiuli nolentis accensus lumen, non incendium reddidit civitati.
Qua occasione vociferantibus cunctis hostes silvarum occultati nemoribus, subito splen- 4
dore clamoreque perterriti, putantes se praecognitos quieverunt ac mane facto circum-
dantes civitatem et ubique discurrentes, cum nihil victualium reperissent, direpto ani-
malium grege cuiusdam hominis, qui servo dei praedicente contumax sua tutare con-
tempserat, recesserunt. Illis autem abeuntibus cives portas egressi haud procul a
muris scalas iacentes inveniunt, quas ad urbis excidium praeparantes barbari vigilan-
tium clamore turbati nocte iactaverant. Quapropter memorati cives veniam a Christi 5
famulo precabantur humiliter, confitentes corda sua lapidibus esse duriora, qui rebus
praesentibus agnoverunt in sancto viro gratiam viguisse propheticam; isset nempe
tunc plebs inoboediens universa captiva, nisi eam liberam viri dei consueta servasset
oratio, Iacobo apostolo protestante: 'multum', inquit, 'valet oratio iusti assidua'.

XXXI. Feletheus, Rugorum rex, qui et Feva, audiens cunctorum reliquias oppi- 1
dorum, quae barbaricos evaserunt gladios, Lauriacum se per dei famulum contulisse,
assumto veniebat exercitu, cogitans repente detentos abducere et in oppidis sibi tribu-
tariis atque vicinis, ex quibus unum erat Favianis, quae a Rugis tantummodo dirime-
bantur Danuvio, collocare. Quamobrem graviter universi turbati S. Severinum adiere 2
suppliciter, ut in occursum regis egrediens eius animum mitigaret. Cui tota nocte
festinans in vicesimo ab urbe miliario matutinus occurrit. Rex ergo adventum eius
protinus expavescens testabatur se illius fatigatione plurimum praegravatum; causas ita-
que repentinae occursionis inquirit. Cui servus dei: 'Pax', inquit, 'tibi, rex optime. 3
Christi legatus advenio, subditis misericordiam precaturus. Recole gratiam, divina
beneficia recordare, quibus pater tuus se frequenter sensit adiutum. Nam cunctis regni
sui temporibus nihil me inconsulto gerere praesumebat. Qui monitis salutaribus non
resistens crebris prosperitatibus recognovit, quanti valeret oboedientis animus quantum-
que triumphatoribus prosit suis non tumere victoriis'. Et rex: 'Hunc', inquit, 'popu- 4
lum, pro quo benivolus precator accedis, non patiar Alamannorum ac Thoringorum
saeva depraedatione vastari vel gladio trucidari aut in servitio redigi, cum sint nobis
vicina ac tributaria oppida, in quibus debeant ordinari'. Cui servus Christi constan- 5
ter ita respondit: 'Numquid arcu tuo vel gladio homines isti a praedonum vastatione
creberrima sunt erepti et non potius dei munere, ut tibi paulisper obsequi valeant,
reservati? Nunc ergo, rex optime, consilium meum ne respuas, fidei meae hos com-
mitte subiectos, ne tanti exercitus compulsione vastentur potius quam migrentur. Con-
fido enim in domino meo, quod ipse, qui me fecit horum calamitatibus interesse, in

16 Iacob. epist. 5, 16.

3 noctis] hoc *M* 4 comminus *VM:* cominus *L* 5 facula] et facula *VM* 6 qua] quasi *L pr.* (*sed m. 1 correxit*) *ante* nemoribus *delevit* in *L m. 1* 7 circundantes *M* 8 repperissent *V* grege animalium *M* 11 inuenerunt *VM* 14 agnouerant *VM* esset *VM* 16 attestante *M* 17 feletheus *hic LVM, cf. c.* 8 § 1 feba *VM* 18 barbaricos] barbarico se per dei famulum *L* euaserant *VM* lauriaco *VM* 20 ex quibus unum erat Fauianis *om. VM* fabianis *L* 23 in *om. L* matutinus *codd. recc.:* matutinis *V*, matuninus *M*, maturius *L* (*sed* uriu *a m. 2 in litura*) occurit *M* 25 tibi inquit *M* 27 tuus *om. VM* frequenter se *VM* 29 quanti] *cf. c.* 12 § 4 31 beneuolus *M* 32 uel gladio — redigi *om. M* seruitutem *V* 33 debent *VM* Christi] dei *M* 34 nunquid *V* 35 sunt *in M erasum est* 36 obtime *L* conscilium *M* comite *V*

6 perducendis eis idoneum faciet promissorem'. His auditis rex modestis allegationibus
mitigatus cum suo protinus remeavit exercitu. Igitur Romani, quos in sua S. Seve-
rinus fide susceperat, de Lauriaco discedentes pacificis dispositionibus in oppidis ordi-
nati benivola cum Rugis societate vixerunt. Ipse vero Favianis degens in antiquo suo
monasterio nec admonere populos nec praedicere futura cessabat, asserens universos
in romani soli provinciam absque ullo libertatis migraturos incommodo.
1 XXXII. Isdem temporibus Odoacer rex S. Severino familiares litteras dirigens,
si qua speranda duceret, dabat suppliciter optionem, memor illius praesagii, quo eum
quondam expresserat regnaturum. Tantis itaque sanctus eius alloquiis invitatus Am-
brosium quendam exulantem rogat absolvi. Cuius Odoacer gratulabundus paruit im-
2 peratis. Quodam etiam tempore, dum memoratum regem multi nobiles coram sancto
viro humana, ut fieri solet, adulatione laudarent, interrogat, quem regem tantis prae-
coniis praetulissent. Respondentibus 'Odoacrem' 'Odoacer', inquit, 'qui integer inter
tredecim et quattuordecim annos?' videlicet integritatem eius regni significans, et his
dictis adiecit citius illos, quod ipse praedixerat, probaturos.
1 XXXIII. Ab oppidaneis comagensibus, apud quos primum quondam innotuerat, bea-
tus Severinus suppliciter rogatus advenit. Cuius comperta praesentia unus ex optimatibus
Felethei regis filium suum adolescentem diuturno languore vexatum, cui iam parabat
exsequias, transiecto Danuvio pedibus eius proiecit et lacrimans: 'Credo', inquit, 'homo
2 dei, te filio meo velocem impetrare divinitus sanitatem'. Tunc data oratione, qui
semivivus allatus fuerat, statim incolumis patre mirante surrexit et perfecta protinus
revertitur sospitate.
1 XXXIV. Elefantiosus etiam quidam, Teio nomine, de longinquis regionibus S. Se-
verini invitatus virtutibus venit, rogans eius oratione mundari. Accepto itaque ex
more praecepto iubetur deum, totius gratiae largitorem, sine cessatione lacrimabiliter
2 exorare. Quid plura? precibus beati viri idem leprosus divina opitulatione mundatus,
dum commutat mores in melius, mutare meruit et colorem, regis aeterni magnalia tam
suis quam plurimorum vocibus longe lateque denuntians.
1 XXXV. Bonosus quoque, monachus beati Severini, barbarus genere, qui responsis
eius inhaerebat, oculorum imbecillitate plurimum praegravatus medelam sibi praestari
eius oratione poscebat, aegre ferens adventitios et externos salutaris gratiae sentire
2 praesidia sibique nullam remediorum opem aliquatenus exhiberi. Cui servus dei:
'Quid', inquit, 'expedit, fili, corporeis luminibus aciem habere perspicuam et exterio-

1 faciat *M* modestis *L pr. VM:* molestis *L m. 1 in rasura, sed in marg. addidit:* alias destis 4 fauianis *VM:* fabianis *L* 5 ammonere *L pr. M* 6 in *om. M* romã *L* romanis (romanos *M*) ad suas prouincias absque *VM* 7—15 *cf. Anonymus Valesii § 47. 48 p. 292 Gardth.* 7 Hisdem *LVM* Odoacar *VM*, Odoachar *palat. Anonymi*, odochar *meermann. item v.* 10, *cf. c.* 7 8 si qua] quae *VM* 10 cui (cuius *meermann.*) — inperanti (imperati *meermann. pr.*) *Anonymus* 11 quodam] quo *VM* 12 humanę *L* adolatione *V et meermann. Anonymi* 13 Odoacrem *L et meermann. Anon. m. 2:* odoacarem *VM*, odoachrem *palat. Anon.*, odocharem *meermann. pr.* Odoacar *VM* inquit, qui integer inter *S:* qui, dixit eis, inter *Anon.*, integer inter *L*, inquit integer *VM* 14 quattuor-
cim
decim *LV*, XIIII *M* (*Odoacer a. 476 regia dignitate accepta 'mansit in regno annos XIII' Anon. Valesii § 45*) integritatem eius regni *L:* integri eius regni *V et meermann. Anonymi*, integrum eius regnum *palat. Anon.*, interim eius regnum *M* 15 probaturus *L* 16 oppidanis *M* aput *M* primum] plurimum *M* 17 aduenerat *M* 18 langore *LM* 19 exequia *VM* traiecto *VM* 20 ueloce *V* tum *M* oratione ōrē qui *M* 21 semiuiuus] semiuiuus reliquerat *V* incolomis *V* mirante *VM:* mi-
sospitate
grante *L* 22 sanitate *V* 23 telo *L* (*in capitulo*) 24 eius se orationi mundare *V* 25 iubetur *M habet ante* lacrimabiliter 29 Bonosus *VM et L in capitulo:* Bonus *L* beati Seuerini — 30 inhaerebat *om. M* 30 inbecillitatem plurimam patiebatur medelamque *VM* praestari sibi *V*, sibi praestare *M* 31 aegre] egros *M* hesternos *M* 32 aliquatinus *M* 33 Quid, inquit *S:* inquit *L*, non tibi inquit *VM* fili] o fili *VM*

ris oculi clarum praeferre conspectum? Ora magis, ut obtutus vegetetur interior'.
Talibus igitur monitis informatus dedit operam corde magis videre quam corpore me-
ruitque absque ullo fastidio mirabiliter in orationis effici iugitate continuus et quadra-
ginta fere annis in monasterii excubiis perseverans eodem, quo conversus est, fidei
calore transivit.

XXXVI. In loco Boiotro superius memorato quosdam tres monachos sui monaste- 1
rii doctor humilis superbiae foeditate respersos dum pro suis singulos excessibus in-
crepatos durare in pernicie comprobasset, oravit, ut eos dominus in adoptionem reci-
piens filiorum paterno dignaretur flagello corripere. Prius ergo quam orationem effusis
lacrimis terminaret, uno momento idem monachi daemone corripiente vexati contuma-
ciam sui pectoris vocibus fatebantur. Absit, ut cuiquam hoc crudele videatur aut 2
noxium, quia traditi sunt huiusmodi homines satanae in interitum carnis, sicut beatus
docet apostolus, ut spiritus salvus sit in die domini Iesu, cum beatus Ambrosius, medio-
lanensis episcopus, servum Stilichonis, auctorem falsarum epistolarum deprehensum,
dixerit oportere tradi satanae, ne talia postmodum auderet admittere: quem eodem
momento, cum adhuc sermo esset in ore sacerdotis, spiritus immundus arreptum coepit
discerpere. Severus quoque Sulpicius refert ex relatione Postumiani virum quendam 3
magnis virtutibus signisque mirabilem ad expellendam de corde suo iactantiae vani-
tatem, quam incurrerat, exorasse, 'ut permissa in se mensibus quinque diabolo pote-
state similis his fieret, quos ipse curaverat'. Idemque post pauca: itaque 'correptus a
daemone, tentus in vinculis, omnia illa, quae energumeni solent ferre, perpessus quinto
demum mense purgatus est, non tantum daemone, sed, quod illi erat utilius atque
optatius, vanitate'. Praedictos itaque monachos vir dei delegatos fratribus per dies 4
quadraginta arduis abstinentiae remediis mancipavit. Quibus expletis data super eos
oratione a potestate daemonis eruit nec solum sanitatem corporis, sed et mentis im-
pertiit. Quo facto et sancto viro reverentiae terror accrevit et ceteros maior discipli-
nae metus obtinuit.

XXXVII. Marcianum monachum, qui postea presbyter ante nos monasterio prae- 1
fuit, ad Noricum cum Renato fratre direxerat. Et cum dies tertius laberetur, ait fra-
tribus: 'Orate, carissimi, quia gravis hac hora tribulatio Marcianum comprimit et
Renatum, de qua tamen Christi liberabuntur auxilio'. Tunc monachi, quae ab eo dicta 2
sunt protinus annotantes, illis post menses plurimos redeuntibus diem horamque peri-
culi, qua barbaros evaserant, indicantibus, sicut signaverant, approbarunt.

XXXVIII. Item beatissimus Severinus uni ex fratribus, nomine Urso, repente 1
praecepit quadraginta dierum districtiore ieiunio venturae calamitati, abstinentia cibo-
rum et lamentis, occurrere, dicens: 'Imminet tibi corporale periculum, quod dei prae-

12 Ad Corinth. I, 5, 5.

---

2 uidendi *VM* 3 fastigio *V* 6 boitro *V*, boytro *M* superius] *cf. c.* 22 § 1 8 adoptione *V* 10 idem *LVM* 11 aut] uel *M* 12 noxiam *L pr., sed mutavit m. 1* traditis *L pr.* 12 *et* 15 sathanae *LVM* 13 docet *codd. recc.:* docens *L*, dicens *V*, dicit *M* Iesu *om. M* (ihũ *V*) 14 stiliconis *VM* auctorem *M:* auctore *V*, auctoritate *L* 15 postmodum *in litura L m. 1*, in posterum *VM* admittere *Welserus:* amittere *L*, admitteret *V*, committere *M* 16 inmundus *L pr.*, inmundis (u) *V* 17 Seuerus Sulp. dial. 1. 20 § 7. 8 post turniani *V* 19 exorrasse *V* diabolo *V et cod. veron. Sulpicii:* diaboli *LM* 20 pauca. Idemque *L* (*sed* a idē *m. 2 in litura*) 21 tempus *L pr.*, temtus *L m.* 2, est retentus *cod. veron. Sulpicii* omnia illa *VM et Sulpic.:* omnia *L* inergumini *LVM et cod. augustanus Sulpic.* 22 purgatus *Sulpicius:* curatus *LVM* 23 optabilius *M*, optatiubilis (bili) (*h. e.* optatius) *cod. veron. Sulpicii* 26 terrer (*sic*) adcreuit *V* 27 optinuit *LVM* 29 renoto *V* 32 adnotantes *V* 33 qua] qui *M* indicantibus sicut signauerant *om. M* 34 Item] Item uir *VM*

sidio parvi panis et aquae remediis expiabis'. Quadragesimo itaque die mortifera
papula in brachio ieiunantis apparuit, quam mox ad ipsum ingressus suppliciter demon-
2 stravit. Cui sanctus dei famulus: 'Noli', inquit, 'metuere praenuntiatum tibi ante
dies quadraginta discrimen', statimque propria manu signo crucis obducto mirantibus,
qui aderant, papula letalis evanuit. Hoc unum de domesticis sanitatibus narrare suf-
ficiat, prolixi operis fastidia declinando. Nam saepius suorum aegritudines monacho-
rum Christo sibi revelante praenuntians isdem, quibus praevidebat, muneribus et sanabat.

1 XXXIX. A discipulorum quoque suorum cellula spiritualis doctor non longius ha-
bitabat, in orationibus vel abstinentia iugiter perseverans, cum quibus tamen matutinas
orationes et propriam noctis principio psalmodiam sollemniter adimplebat, reliqua vero
orationum tempora in parvo complebat oratorio, quo manebat. In quibus saepe cae-
lestibus firmatus oraculis multa futura per dei gratiam praedicebat, multorum etiam
occulta cognoscens, ut opus erat, proferebat in medium et singulis remedia, prout
2 poscebat modus aegritudinis, providebat. Stratus eius unum erat in oratorii pavimento
cilicium, omni tempore ipso, quo vestiebatur, amictu, etiam dum quiesceret, utebatur.
Nunquam ante solis occasum nisi certa solvit festivitate ieiunium. Quadragesimae
vero temporibus una per hebdomadem refectione contentus aequali vultus hilaritate
fulgebat. Aliena quasi propria errata deflens quibus poterat praesidiis temperabat.

1 XL. Deinde post multos agones et diuturna certamina, cum se idem beatus Se-
verinus de hoc saeculo transiturum deo revelante sensisset, memoratum Rugorum regem
2 Fevam cum uxore eius crudelissima, nomine Giso, ad se venire commonuit. Quem
cum salutaribus exhortatus esset affatibus, ut ita cum sibi subiectis ageret, ut se
iugiter cogitaret pro statu regni sui rationem domino redditurum, aliisque verbis in-
trepide monuisset, protenta manu regis pectus ostendens reginam his interrogationibus
arguebat: 'Hanc', inquit, 'animam, Giso, an aurum argentumque plus diligis?' Cum-
que illa maritum se diceret cunctis opibus anteferre, vir dei sapienter adiecit: 'Ergo',
inquit, 'desine innocentes opprimere, ne illorum afflictio vestram magis dissipet pote-
3 statem; etenim mansuetudinem regiam tu saepe convellis'. At illa: 'Cur', inquit,
'nos sic accipis, serve dei?' Cui ipse: 'Contestor', ait, 'vos ego humillimus iam
profecturus ad deum, ut ab iniquis actibus temperantes piis insistatis operibus. Huc-
usque regnum vestrum auctore deo prosperatum est: iam ex hoc videritis'. His
monitis rex cum coniuge sufficienter instructi valedicentes ei profecti sunt.

4 Tunc sanctus non desinebat de suae migrationis vicinia suos alloqui dulcedine
caritatis, quod quidem facere nec ante cessaverat. 'Scitote', inquit, 'fratres, sicut
filios Israel constat ereptos esse de terra Aegypti, ita cunctos populos terrae huius
oportet ab iniusta barbarorum dominatione liberari. Etenim omnes cum suis facultati-
bus de his oppidis emigrantes ad romanam provinciam absque ulla sui captivitate
5 pervenient. Sed mementote praecepti S. Ioseph patriarchae, cuius vos ego indignus
et infimus attestatione convenio: "Visitatione visitabit vos deus et tolletis ossa mea
hinc vobiscum". Quod non mihi, sed vobis est profuturum. Haec quippe loca nunc

39 Pentat. I, 50, 25.

---

2 pabula *M* 3 tibi *om. M* 4 obducto *om. M* 5 narrasse *V* 7 iisdem *V*, hisdem *M* 8 spiritalis *V* 10 psalmodia *L pr.* sollempniter *L pr. M* 11 implebat *M* 13 in medium proferebat *M* 17 ebdomadam *L m. 2 in litura et M* 20 regem rugorum *M* 21 Febam *VM* gisa *VM* 22 sclaribus *M* sibi cum *L* ut] quo *VM* 24 protenta] porrecta] *L m. 2 in litura* 25 gisa *VM* 29 cui] cum *L pr.* 30 deum] dominum *M* operibus insistatis *M* 31 deo] domino *VM* hoc] hoc uos *VM* 32 coniunge *L* 34 sitote *V* 35 esse ereptos *M* contos *V* 38 mentote *M* uos ego indignus *L:* ego indignus *V*, ego indignus uos *M* 39 et infimus *om. M* attestatione] uos atestatione *V* uisitauit *L pr.* et tolletis] tollite *VM* 40 michi *L*

frequentata cultoribus in tam vastissimam solitudinem redigentur, ut hostes aestimantes
auri se quippiam reperturos etiam mortuorum sepulturas effodiant'. Cuius vaticinii 6
veritatem eventus rerum praesentium comprobavit. Levari vero suum corpusculum
pater sanctissimus, pietatis providus, argumento praecepit, ut, dum generalis populi
transmigratio provenisset, indivisa fratrum, quos adquisierat, congregatio proficiscens
obtentu memoriae eius in uno societatis sanctae vinculo permaneret.

XLI. Diem etiam, quo transiturus esset idem beatus Severinus e corpore, ante duos 1
seu amplius annos hac significatione monstravit. Epiphaniorum die, cum sanctus se
Lucillus presbyter abbatis sui sancti Valentini, Raetiarum quondam episcopi, diem
depositionis annua sollemnitate in crastinum celebraturum sollicitus intimasset, idem famulus dei ita respondit: 'Si beatus Valentinus haec tibi celebranda sollemnia delegavit,
ego quoque tibi in eodem die vigiliarum mearum studia observanda migraturus e corpore derelinquo'. Ille his sermonibus tremefactus cum se magis, utpote homo decre- 2
pitus, enixius commendaret, quasi primitus transiturus, adiecit: 'Hoc erit, sancte presbyter, quod audisti, nec domini constitutum humana voluntate praeteriet'.

XLII. Praeterea Ferderuchus a fratre suo, Rugorum rege Feva, ex paucis, quae 1
super ripam Danuvii remanserant, oppidis unum acceperat, Favianis, iuxta quod
S. Severinus, ut retuli, commanebat. Ad quem cum idem Ferderuchus ex more salutaturus accederet, coepit ei Christi miles iter suum enixius indicare, sub contestatione
haec proloquens: 'Noveris me', inquit, 'quantocius ad dominum profecturum et idcirco monitus praecaveto, ne me discedente aliquid horum, quae mihi commissa sunt,
attaminare pertentes et substantiam pauperum captivorumque contingas, indignationem
dei, quod absit, tali temeritate sensurus'. Sed Ferderuchus insperata commonitione 2
perculsus: 'Cur', inquit, 'hac contestatione confundimur, cum non optemus tantis orbari praesidiis et sanctae largitioni tuae, quae omnibus nota est, conferre nos aliquid
deceat, non auferre, quatenus solita, sicut et pater noster Flaccitheus, tua merear
oratione muniri, qui experimento didicit sanctitatis tuae meritis se fuisse semper adiutum?' Et ille: 'Qualibet', inquit, 'occasione cellulam meam volueris laedere, et
hic statim probabis et in futuro solves, quam non opto, vindictam'. Tunc Ferderuchus 3
promittens se Christi famuli monita servaturum remeavit ad propria. Doctor vero
dulcissimus non cessabat suos alloqui per momenta discipulos dicens: 'Confido de
gratia domini mei Iesu Christi, quia vobis in opere suo durantibus et meae memoriae
pacata societate coniunctis aeternae vitae bona tribuet nec praesentium solatia denegabit'.

XLIII. Nonis itaque Ianuariis coepit tenuiter lateris dolore pulsari, quo durante 1
per triduum medio noctis tempore fratres adesse praecepit, quos de corpore suo commonens et paterna informatione corroborans, instanter ac mirabiliter talia prosecutus,
aiebat: 'Filii in Christo carissimi, scitis, quod beatus Iacob, de saeculo recessurus 2

---

1 ostes *LV* 2 se auri *M* uaticii *L pr.* 3 demonstrauit *M* 5 acquisierat *L pr. M* 6 optentu *L*, optemptu *V* 7 beatissimus *V* 8 hac *om. M* significationes *V pr.* epypban. *M* se sanctus *M* 9 retiarum *LV*, reciarum *M* 10 sollempnitate *L* dei famulus *M* 11 celebranda] ueneranda *M* sollempnia *L pr. M* 12 studio *V* (o *erasum, sed nihil substitutum*) obseruandam *V* 13 ut pute *L* 16 fredericus *VM* (*ubivis*) regem feba *V* 17 fabuanis *LV m. 2 M*, fabuanus *V pr.* 18 commanebat *L pr. VM*: commonebat *L m. 2*, *cf. c.* 30 § 2 idem] ille *M* 20 quantotius *LV* iccirco *M* 21 monitis *M* michi *LM* 22 pertemptes *LVM* indignacione *M* 23 temeritate] seueritate *M* inspirata *M* 25 conferri — 26 auferri *M* 25 nos *om. VM* 26 doceat *L m. 2* 27 se *om. M* 28 uoluerit *M* 30 nonita *V* 31 momenta] monita *VM* 32 durantibus] laborantibus *M* 33 paccata *M* aeternae uitae] aeterna *M* 36 medię *M* fratres *om. M* suo *om. M* 38 agebat *V* Iacob] *cf. Pentat. I, 49, 1 sqq.*

condicione mortis instante filios suos adesse praecipiens, propheticae benedictionis affa-
tibus singulos quosque remunerans mysteriorum arcana prodidit futurorum. Nos vero
infirmi ac tepidi tantaeque impares pietati hanc praerogativam nostris usurpare viribus
non audemus, unum tamen, quod humilitati congruit, non tacebo, mittens vos ad
exempla maiorum, quorum intuentes exitum conversationis imitamini fidem. Abraham
namque vocatus a domino fide oboedivit, ut exiret in locum, quem accepturus erat in
3 possessionem, et exiit nesciens, quo venturus esset. Huius igitur beati patriarchae
imitamini fidem, imitamini sanctitatem, terrena despicite, patriam caelestem semper
inquirite. Confido autem in domino, quod mihi de vobis aeterna lucra provenient.
Video enim vos gaudium meum fervore spiritus ampliasse, amare iustitiam, fraternae
caritatis vincula diligere, castitati operam dare, humilitatis regulam custodire; haec,
4 quantum ad hominis spectat intuitum, laudo confidenter et approbo. Sed orate, ut,
quae humanis aspectibus digna sunt, aeternae discretionis examinatione firmentur, quia
non, sicut videt homo, videt deus. Ille siquidem, sicut divinus sermo denuntiat,
omnium corda scrutatur et omnes mentium cogitationes antevenit. Assiduis ergo pre-
cibus hoc sperate, ut oculos cordis vestri deus illuminet eosque, sicut optavit bea-
tus Heliseus, aperiat, quo possitis agnoscere, quanta nos circumstent adiumenta sanc-
torum, quanta fidelibus auxilia praeparentur. Deus enim noster supplicibus appropin-
5 quat. Non desit militantibus deo iugis oratio; non pigeat agere paenitentiam, quem
non puduit facinus perpetrare; non dubitetis lugere peccantes, si quo modo offensa
divinitas vestrarum lacrimarum inundatione placetur, quia spiritum contribulatum suum
dignatus est vocare sacrificium. Simus igitur corde humiles, mente tranquilli, delicta
omnia praecaventes ac divinorum semper memores mandatorum, scientes non prodesse
nobis humilitatem vestis, nomen monachi, vocabulum religionis, speciem pietatis, si
6 circa observantiam mandatorum degeneres invenimur et reprobi. Mores igitur, filii
mei carissimi, proposito suscepto consentiant: grande nefas est peccata sectari etiam
hominem saecularem, quanto magis monachos, qui blandimenta saeculi quasi atrocem
bestiam fugientes Christum cunctis affectibus praetulerunt, quorum incessus et habitus
virtutis creditur esse documentum? Sed quid vos ultra demoror, filii carissimi, longi
7 sermonis affatu? Superest, ut beati apostoli ultima oratione vos prosequar, ita di-
centis: "Et nunc commendo vos deo et verbo gratiae eius, qui potens est conservare
vos et dare hereditatem in omnibus sanctificatis". Ipsi gloria in saecula saeculorum'.

8 Post huiusmodi igitur aedificationis alloquium cunctos per ordinem ad osculum
suum iussit accedere et sacramento communionis accepto fleri se penitus prohibet to-
tumque corpus signo crucis extenta manu consignans, ut psallerent, imperavit. Qui-
bus maeroris suffusione cunctantibus ipse psalmum protulit ad canendum: 'Laudate
9 dominum in sanctis eius, omnis spiritus laudet dominum'. Sexto itaque iduum ianua-
riarum die in hoc versiculo, nobis vix respondentibus, quievit in domino. Quo sepulto
credentes omnimodo seniores nostri, quae de transmigratione praedixerat, sicut et

17 Reg. II, 6, 17. 21 Psalm. 51, 19. 36 Psalm. 150.

1 praecip. et prophet. *VM* 2 singulorum *VM* ministeriorum *L pr.* 3 infirmi *VM:* infimi *L* 5 Habraham *L*, Abraam *M* 9 autem *om. M* michi *L* 11 haec] hęc autem *M* 13 examine *VM* 14 uidet homo *L:* homo uidet *VM* diuinus sermo] *ad Rom. 8, 27* 17 sanctorum adiumenta *M* 18 supplicibus *codd. recc. complures:* simplicibus *LVM* 22 scimus *V* 25 degeneres] dei degeneres *M* inueniamur *V* 28 affectitibus *V* 29 demorer *M* filii *LV:* filii mei *M* 30 affectu *V* apostoli] *Acta apost. 20, 32* dicens *L m. 2* 31 conseruare] consolari *M* 32 *post* saeculorum *add.* Amen *VM* 34 penitus] protinus *M* 36 cunctatibus *V* 37 Ianuarii *M* 38 nobis] nostris *VM* 39 nostri *om. M*

multa alia praeterire non posse locellum ligneum paraverunt, ut, cum praenuntiata populi transmigratio provenisset, praedictoris imperata complerent.

XLIV. Ferderuchus vero beati Severini morte comperta, pauper et impius, barbara 1
cupiditate semper immanior, vestes pauperibus deputatas et alia nonnulla credidit auferenda. Cui sceleri sacrilegium copulans calicem argenteum ceteraque altaris ministeria praecepit auferri. Quae cum imposita essent sacris altaribus nec auderet di- 2
rectus vilicus ad tale facinus suas manus extendere, quendam militem, Avitianum nomine, compulit diripere memorata. Qui quamvis invitus praecepta perficiens, mox tamen incessabiliter vexatus omnium tremore membrorum daemonio quoque corripitur. Is ergo velociter consilio meliore correxit errata. Suscepto namque professionis sanctae proposito in insulae solitudine armis caelestibus mancipatus militiae commutavit officium. Ferderuchus autem immemor contestationis et praesagii sancti viri abrasis om- 3
nibus monasterii rebus parietes tantum, quos Danuvio non potuit transferre, dimisit. Sed mox in eum ultio denuntiata pervenit: nam intra mensis spatium a Frederico, fratris filio, interfectus praedam pariter amisit et vitam. Quapropter rex Odoacer 4
Rugis intulit bellum. Quibus etiam devictis et Frederico fugato, patre quoque Feva capto atque ad Italiam cum noxia coniuge transmigrato, post audiens idem Odoacer Fredericum ad propria revertisse statim fratrem suum misit cum multis exercitibus Onoulfum, ante quem denuo fugiens Fredericus ad Theodericum regem, qui tunc apud Novas, civitatem provinciae Moesiae, morabatur, profectus est. Onoulfus vero prae- 5
cepto fratris admonitus universos iussit ad Italiam migrare Romanos. Tunc omnes incolae tanquam de domo servitutis aegyptiae, ita de quotidiana barbarie frequentissimae depraedationis educti S. Severini oracula cognoverunt. Cuius praecepti non immemor venerabilis noster presbyter tunc Lucillus, dum universi per comitem Pierium compellerentur exire, praemissa cum monachis vespere psalmodia sepulturae locum imperat aperiri. Quo patefacto tantae suavitatis fragrantia omnes nos circumstantes 6
accepit, ut prae nimio gaudio atque admiratione prosterneremur in terra. Deinde unanimiter aestimantes ossa funeris inveniri disiuncta (nam annus sextus depositionis eius effluxerat) integram corporis compagem reperimus. Ob quod miraculum immensas gratias retulimus omnium conditori, quia cadaver sancti, in quo nulla aromata fuerant, nulla manus accesserat condientis, cum barba pariter et capillis usque ad illud tempus permansisset illaesum. Linteaminibus igitur immutatis in loculo multo 7
ante iam tempore praeparato funus includitur, carpento trahentibus equis impositum mox evehitur, cunctis nobiscum provincialibus idem iter agentibus, qui oppidis super ripam Danuvii derelictis per diversas Italiae regiones varias suae peregrinationis sortiti sunt sedes. Sancti itaque corpusculum ad castellum, nomine Montem Feletem, multis emensis regionibus apportatum est.

XLV. Per idem tempus multi variis occupati languoribus et nonnulli a spiritibus 1
immundis oppressi medelam divinae gratiae sine ulla mora senserunt. Tunc et mutus

1 praeteriri *VM*, *sed cf. c.* 41 § 2 populi prenunciata *M* 2 praedictores *L pr.* impera *M* 3 fredericus *VM* 6 com *V* 7 uilicus *V*: uillicus *LM* extendere manus *M* Auitianum *LV*: auicianum *M* 9 somnium *L pr.* tremore *L pr. VM*: tumore *L m.* 2 menbrorum *L pr.* 10 His *LM* conscilio *M* melire *L pr.* 11 mancipatum *V* 12 fredericus *VM* autem] uero *M* 15 quia propter *L pr.* odoacar *VM* 17 atque] et *VM* Odoacar *VM* 18 multis *om. M* 19 onoulphum *M* quam *L* Theodericum *LM*: teudericum *V* 20 onoulphus *M* 21 patris *M* ammonitus *L pr. M* 22 tanquam] quasi *M* cottidiana *VM* 25 uespere *LV*: uesperae *M* 26 fragrantia *codd. recc.*: flagrantia *LVM* nos omnes *M* circumstantes *om. M* 27 atque] atque i *L pr.* ammiratione *LM* terram *V* 28 humaniter *VM* 29 repperimus *VM* 32 mansisset *VM* inlesum *VM* 34 uehitur *M* cunctis nobiscum *erasa in M*, *sed ut* t b ũ *appareant* idem] eundem *V* 35 diuersa *M* sortiti sunt — 37 regionibus *om. M* 36 nomine felethem mulsemensis *V* 38 multis *L* langoribus occupati *M* ab *M* 39 medellam *V pr.*

quidam ad id castellum suorum miseratione perductus est, qui dum in oratorium, quo
sancti viri corpusculum super carrum adhuc positum permanebat, alacer pervenisset
ac sub eo clauso oris sui ostio in cordis cubiculo supplicaret, ilico lingua eius in ora-
2 tione resoluta laudem dixit altissimo. Cumque reversus ad hospitium, quo suscipi
consueverat, interrogatus fuisset ex more, nutu signove pulsatus, et orasse et laudem
se deo obtulisse clara voce respondit. Quo loquente pavefacti, qui eum noverant, ad
oratorium cum clamore currentes sancto Lucillo presbytero simulque nobis, qui cum
illo eramus, ignorantibus, quod evenerat, indicarunt. Tunc omnes exultantes in gau-
dio divinae clementiae gratiarum retulimus actionem.

1 XLVI. Igitur illustris femina Barbaria beatum Severinum, quem fama vel litteris
cum suo quondam iugali optime noverat, devotione religiosa venerata est. Quae post
obitum eius audiens corpusculum sancti in Italiam multo honore perductum et usque ad
illud tempus terrae nullatenus commendatum venerabilem presbyterum nostrum Mar-
2 cianum, sed et cunctam congregationem litteris frequentibus invitavit. Tunc S. Gela-
sii, sedis romanae pontificis, auctoritate et neapolitano populo exsequiis reverentibus
occurrente in castello Lucullano per manus S. Victoris episcopi in mausoleo, quod
praedicta femina condidit, collocatum est.

3 Qua celebritate multi languoribus diversis afflicti, quos recensere longum est, re-
ceperunt protinus sanitatem. Inter quos quaedam venerabilis ancilla dei, Processa
nomine, civis neapolitana, cum gravissimum aegritudinis pateretur incommodum, sancti
funeris provocata virtutibus in itinere properanter occurrit et ingressa sub vehiculo,
quo corpus venerabile portabatur, statim caruit omnium languore membrorum.

4 Tunc et Laudicius quidam caecus, inopinato psallentis populi clamore perculsus,
sollicite suos, quid esset, interrogat. Respondentibus, quod cuiusdam S. Severini cor-
pus transiret, compunctus ad fenestram se duci rogat, de qua poterat a sanis eminus
multitudo psallentium atque vehiculum sancti corporis contemplari. Cumque fenestrae
nixus incumberet et oraret, protinus vidit, singillatim demonstrans omnes notos atque
vicinos. Quo facto cuncti, qui audierant, gratias deo lacrimantibus gaudiis retulerunt.

5 Marinus quoque, primicerius cantorum sanctae ecclesiae neapolitanae, cum sanitatem
post immanissimum languorem recipere pro incessabili capitis dolore non posset, caput
vehiculo credens apposuit et mox a dolore liberum sublevavit memorque beneficii semper
in die depositionis eius occurrens voti sacrificium deo cum gratiarum actione reddebat.

6 Verum multis plura scientibus sufficiat tria de innumeris, quae in ingressu eius
gesta sunt, beneficiorum virtutumque retulisse miracula. Monasterium igitur in eodem
loco constructum ad memoriam beati viri hactenus perseverat, cuius meritis multi ob-
sessi a daemonibus sunt curati et diversis obstricti languoribus receperunt ac recipiunt
operante dei gratia sanitatem, cui est honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.

---

1 oratorium *codd. recc. complures:* oratorio *LVM* 3 hostio *VM* 4 soluta *VM* cunque *V* 5 consuerat *V* interrogantis *LV* signoque *V* 5 orasse et] orasset *VM* 8 indicauerunt *M* 11 deuotione religiosa *S:* deuotiosa *L*, religiosa deuotione *VM* 12 Italiam *VM:* Italia *L* multo honore] cum multo labore *VM* 13 uerabilem *V* 14 tum *M* 15 neapolitane *L pr.*, neapolitanę *L m. 2* exequiis *M*, exequis *V* reuerentibus *V:* reuertentibus *L*, reuerendis *M* 16 occurrentibus *M* lucallano *V*, lucalano *M* manu *V* manusuleo *V* 18 celeritate *L pr.* langoribus *L*, languobus *V* 20 ciuis *VM corr.:* cuius *LV pr.*, *cf. c.* 11 § 2 neapolitane *L pr.*, neapolitanę *L m. 2* grasuissimum *V pr.* 21 in itinere *M:* in initinere *V*, itinere *L* propere *M* occurrit — 22 quo *om. M* 22 uenerabile corpus *M* *post* corpus *in V rasura est quatuor fere literarum* omni *M* langore *L et V m. 2* 23 Tunc — 34 miracula *om. VM* 23 inopinato *codd. recc.:* inopinata *L* 27 natos *L pr.* 30 langorem *L* 34 in *om. VM* 35 constitutum *M* uiri *om. VM* 36 a *om. VM* sunt curati et (e *V*) diuersis obstricti langoribus receperunt *VM:* receperunt *L* 37 *post* Amen *add. M:* explicit uita s̄ci seuerini. Incipit prologus in libro uitę s̄corum patrū.

INDEX NOMINUM.

Numeri sunt capitum et paragraphorum.

Abraham 43, 2.
Acta apostol. 43, 7.
Aegyptus 40, 4. servitus aegyptia 44, 5.
Africanus: cf. var. lect. ad Eugipp. epist. 10.
Alamanni 19, 1. 25, 3. 27, 1. 2. 31, 4.
Alpium cacumina 29, 1.
Amantius diaconus 19, 3.
Ambrosius 32, 1.
B. Ambrosius, episcopus mediolanensis 36, 2.
Ariani, hostes ecclesiae haeretici 4, 12. cf. 8, 1.
Ariminum: epist. Eugippii § 1.
Asturis, oppidum 1, 1. 5. (*hodie Klosterneuburg? cf. Mommsen corp. inscr. lat. 3 p. 683*).
Attila 1, 1.
Avitianus, miles 44, 2.

Barbaria, femina illustris 46, 1.
Bassus, monachus: epist. Eugippii § 1.
Batavis, oppidum 19, 1. 22, 4. 24, 1. 27, 1. limes batavinus 20, 1. oppidum batavinum 22, 1. Batavini 27, 3. (*hodie Passau: Mommsen l. d. p. 690*).
Boiotro, prope Batavis 22, 1. 36, 1. (*hodie Innstadt: Mommsen l. d. p. 690*).
Bonosus, monachus 35, 1.
Burgum, prope Favianis 4, 7.
Businca, parvus fluvius prope Quintanis 15, 1.

Comagenis, oppidum 1, 3. 3, 1. 33, 1. (*hodie Tulln: cf. Mommsen l. d. p. 683*).
S. Constantius, pontifex lauriacensis 30, 2. (*sine dubio idem est, quem Ennodius in vita S. Antonii p. 418 sq. commemorat. cf. Sirmond p. 69. Pallmann hist. migr. pop. 2 p. 408*).
Cucullis, castellum 11, 2. 12, 1. (*Cuculle in tabula Peutingeri, hodie Kuchel an der Salza*).

Danuvius 1, 1. 3, 2. 3. 4, 10. 8, 2. 9, 1. 10, 1. 15, 1. 19, 1. 22, 4. 23, 1. 28, 1. 31, 1. 33, 1. 42, 1. 44, 3. 7. *cf. Ister.*

Enus, fluvius 3, 3. 19, 1. 22, 1.
Evang. Matth. 4, 8.

Favianis, oppidum 3, 1. 4, 7. 8, 2. 10, 1. 22, 4. 23, 1. 31, 1. 6. 42, 1. (*hodie Mauer: cf. Pallmann hist. migrat. popul. 2 p. 398 sq. Mommsen l. d. p. 687*).
Feban, Rugorum rex 22, 2. [*sine dubio idem est, qui Feva, nam Febanem s. Fevanem ex accusativo Feban s. Fevan videtur ortum esse (cf. Büdinger hist. austr. 1 p. 49), inde per errorem reliquae formae factae sunt*].
Feletheus, Rugorum rex 8, 1. 31, 1. 33, 1.
Ferderuchus, Felethei frater 42, 1. 2. 3. 44, 1. 3.
Feva, Felethei regis agnomen 8, 1. 31, 1. 40, 1. 42, 1. 44, 4. *cf. Fabianus.*
Flaccitheus, Rugorum rex, Felethei et Ferderuchi pater 5, 1. 4. 8, 1. 42, 2.
Fredericus, Felethei filius 8, 3. 44, 3. 4.

S. Gelasius, pontifex romanus 46, 2.
Genesis 40, 5. 43, 2.
Gervasius et Protasius, sancti 9, 3.
Gibuldus, rex Alamannorum 19, 1.
Giso, Felethei uxor 8, 1. 40, 1.
Gothi ex inferiore Pannonia 5, 1. 2. 17, 4.

ad Hebraeos epistola: epist. Paschasii § 4.
Heliseus, propheta 28, 5. 43, 4.
Heruli 24, 3.
Hunimundus 22, 4.
Hunni 1, 1.

Importunus consul: epist. Eugippii § 1. (*anno 509 p. Chr.*).
Israel 40, 4.
Ister 10, 2. (= Danuvius).
Italia 5, 1. 7, 1. 2. 20, 1. 44, 4. 5. 7. 46, 1.

B. Iacob 43, 2.
Iacobus, apostolus 30, 5.
Ieremias 5, 2.
Ioel 12, 2.
S. Iohannes 22, 1. S. Iohannis Baptistae reliquiae 23, 2. basilica S. Iohannis 23, 2.
S. Ioseph 40, 5.

Ioviaco, oppidum 24, 1. (*hodie Schloeyen prope Haibach: cf. Mommsen l. d. p. 690*).
Iuvao, oppidum 13, 1. 14, 1. (*hodie Salzburg: cf. Mommsen l. d. p. 668. Codd. LVM tuentur* Iuvao).

Latinus homo: epist. Eugippii § 10.
Laudicius caecus 46, 4.
Lauriacum, oppidum 18, 1. 27, 2. 28, 1. 30, 1. 31, 1. 6. (*hodie Lorch: cf. Mommsen l. d. p. 689*).
Loth 9, 4.
Lucania: epist. Eugippii § 1.
S. Lucillus presbyter 19, 5. 41, 1. 44, 5. 45, 2.
Lucullanum, castellum 46, 2. (*hodie Pizzofalcone, inter Neapolin et Puteolos*).

Maccab. 1: epist. Paschasii § 5.
Mamertinus tribunus 4, 2.
Marcianus presbyter 11, 2. 37, 1. 46, 1.
Marcus subdiaconus 16, 6.
Marinus, primicerius cantorum ecclesiae neapolitanae 46, 5.
Maternus, ostiarius 16, 2. 6.
Matathias: epist. Paschasii § 5.
Maurus, aedituus 10, 1. 2.
S. Maximianus 24, 2.
Maximus 25, 1. 29, 1.
Mediolanense territorium 26, 1. mediol. episcopus 36, 2.
Moderatus, cantor ecclesiae 24, 1.
Moesia 44, 4.
ad Montem Feletem, castellum 44, 7. (*Monte Feltre?*).

Neapolitanus populus 46, 2. civis neapolitana 46, 3. ecclesiae neapolitanae 46, 5.
Norici Ripensis oppida Pannoniae superiori vicina: epist. Eugippii § 10. vicinia Norici Rip. 1, 1. Nor. R. oppida superiora 11, 1. Norici populi 17, 4. Norici metropolis 21, 2. quidam de Norico 25, 1. Noricensis 29, 1. Noricorum 29, 1. ad Noricum 37, 1.
Novae, civitas Moesiae 44, 4. (*hodie Sištov s. Svischtova in Bulgaria: cf. Mommsen l. d. p. 141. 992*).

Odoacer 7, 2. 32, 1. 2. 44, 4.
Onoulfus, frater Odoacri 44, 4. 5.
Orestes patricius: epist. Eugippii § 8 (peremtus est a. 476).

Pannonia superior: epist. Eugippii § 10. utraque Pannonia 1, 1. ex inferiore Pannonia 5, 1. in vicinia Pannoniorum 1, 1. Pannoniorum finitimas provincias: epist. Paschasii § 2.
Paschasius diaconus. — Epistola Eugippii ad eum pag. 1 sqq. — epistola Paschasii ad Eugippium pag. 3 sqq.
Paulinus presbyter 21, 1. episcopus 25, 1.
Paulus, epist. ad Timotheum 1: Paschasii epist. § 4. — ad Ephesios 3, 2. 4, 11. ad Corinthios 36, 2. ad Romanos 43, 4.
Petri epistola 1: epist. Paschasii § 4.
Pientissimus, monachus 28, 4.
Pierius comes 44, 5. *Cf. Gesta donationis in Spangenbergii tabulis negotiorum p. 164 et Anonymus Valesii § 53, quo teste P., comes domesticorum Odoacri, in pugna ad Adduam d. 11. m. Augusti a. 490 cecidit.*
Postumianus 36, 3.
Primenius presbyter: epist. Eugippii § 8.
Processa Neapolitana 46, 3.
Procula vidua 3, 2.
Protasius et Gervasius, sancti 9, 3.

Quintanis, municipium Raetiarum secundarum 15, 1. castellum 16, 1. 27, 1. Quintanensium fide 15, 2. (*Not. dign. Occid. p. 101*. 102* B. Mommsen l. d. p. 734: hodie Osterhofen?*).
Quintasius 24, 2.

Raetiae 3, 3. 15, 1. 41, 1.
Regum lib. 2: 28, 5. 43, 4.
Renatus, monachus 37, 1.
Romani 1, 4. 2, 1. 8, 2. 4. 27, 1. 2. 31, 6. 44, 5. romana vastatio 19, 3. romanum imperium 20, 1. in romani soli provinciam 31, 6. ad romanam provinciam 40, 4.
Rugi 5, 1. 3. 6, 5. 22, 2. 31, 1. 6. 40, 1. 42, 1. 44, 4. Rugus 6, 1.

Severus v. Sulpicius.
Silvinus presbyter 16, 1. 4.
Stilicho 36, 2.
Sulpicius Severus 36, 3.

Teio, elephantiosus 34, 1.
Theodericus, rex Gothorum 44, 4.
Thoringi 27, 3. Thoringorum 31, 4.
Tiburnia (s. Tivurnia) oppidum 17, 4. metropolis Norici 21, 2. (*hodie St. Peter im Holz: cf. Mommsen l. d. p. 593*).
Tigantia, rivus prope Favianis 4, 4.
Titas, mons et monasterium prope Ariminum: epist. Eugippii § 1.

Ursus, monachus 38, 1.

Valens, monachus 30, 2.
S. Valentinus, Raetiarum episcopus 41, 1.
ad Vineas 4, 6.
S. Victor episcopus 46, 2.

INDEX RERUM, VERBORUM, GRAMMATICUS.

Abbas 41, 1.
ablativus. — solus, ubi in addendum putes 1, 1. 39, 1. — luctuosa vociferatione revertitur 12, 5. tali temeritate sensurus 42, 1. — in vico veniens 8, 2.
absque 31, 6. 35, 2. 40, 4.
abstracta pro concretis. — magisterii vestri libro Eugipp. epist. 11. tua veneratio 4, 2. densitas locustarum devoravit 12, 4. dilectionem tuam 21, 1. ingruente barbarie 27, 3.
acquievit presbytero retinenti se 24, 3.
ad Italiam pergerent 7, 1. 20, 1. vade ad Italiam 7, 2.
adeptae (passive) Eugipp. epist. 8.
adiuratio 16, 6.
ad sensum. — castella — credentes 11, 1.
adversarium 9, 3 (*h. e. diabolum*).
aedificatio 43, 8.
aedituus monasterii 10, 1. ecclesiae 16, 3.
aestimas te servare 3, 2.
affatibus 43, 2.
agere. — acto terrore divinitus 2, 2.
agones 40, 1.
agrale opus 14, 3.
alicubi digrediaris 10, 1.
allegationibus modestis 31, 6.
alterutra collisione 13, 1.
amodo 15, 2.
amputavit incommoda 18, 2.
ante quem fugiens 44, 4.
applicare (∼ tribuere) operibus 14, 3.
arcu tuo vel gladio 31, 5.
arma spiritualia 28, 1. armis caelestibus mancipatus 44, 2.
armarentur bonis operibus 11, 1. *cf.* 25, 3.
attaminare 42, 1.
attestatio. — cuius ego vos attestatione convenio 40, 5.

Baiularent 29, 1.
baptisterium 22, 3. 5.
barbaries frequentissimae depraedationis 44, 5.

Caccabus 28, 4.
cantor ecclesiae 24, 1. 46, 5.
captivasset 5, 3.
carnalibus desideriis 1, 2.
carrus 45, 1.
celeberrima flagrabat opinio 11, 1.
cellula mea 42, 2.
cereos unusquisque parietibus ecclesiae affixit 11, 2.
cilicium 39, 2.
circumquaque 6, 1. 12, 5.
clauso (∼ obscuro) sermone Eugipp. epist. 10.
clerus 1, 2.
cognoscis designare (∼ perspicis te designare) Eugipp. epist. 9.
collocatio verborum. — promerendae benedictionis ad eum intuitu devenerunt 7, 1. humillimae tectum cellulae suo vertice ne contingeret 7, 2. Danuvio transvectus est cum suo persuasore captivus 10, 1. ad agrum propriae segetis invisendi causa, quae iacebat 12, 4. ex illo decimas die 18, 2 (*nisi* die, *coll.* 40, 3 ex hoc, *delendum est*). oblatis regi receptisque remeavit epistolis 19, 4. ad servum dei frequentare solitus cum venisset 25, 1. in unam partem officio devertit expleto 29, 3. *cf.* 42, 2.
comes Pierius 44, 5.
commanentes 30, 2. commanebat 42, 1.
commemoratorium Eugipp. epist. 2. 11. Paschas. epist. 2.
communicaturus 12, 4.
communionis sacramento accepto 43, 8.
comparativus. — verius Paschas. epist. 2. simplicius, facilius idem 3. latius idem 4. citius 1, 3. 32, 2. facilius 1, 4. evidentius 3, 3. maturius 9, 1. 19, 3. sollicitius 9, 4. religiosius 12, 2. velocius — instantius 24, 2. 25, 1.
complicibus vestris 4, 4.
comprobasset 36, 1. *cf.* approbarunt 37, 2 *et* probaverunt 1, 2.
compunctus 46, 4.
ne computetis vestris viribus palmam 27, 2.
conclusit dicens 9, 4 (∼ postremo dixit).
ne confiderent in sua virtute 5, 2. 8, 3. 28, 1. 31, 5. 43, 3.
congregatio 40, 6. 46, 1.
constitutum domini 41, 2.
contagia iniquitatis 8, 1.
contemplari (passive) 46, 4.

contribulatum spiritum 43, 5.
contritio 8, 4.
convenio. *cf.* attestatio.
conversatio 9, 4. 43, 2.
corporale periculum 38, 1.
corpusculum (∼ cadaver) 44, 7. 45, 1. 46, 1.
corripere. correptus 12, 7. flagello corripere 36, 1. *cf.* correptio 8, 3.
in cubiculo cordis 45, 1.
cumulus. — cum fluvius crevisset in cumulos 15, 4.
custos ecclesiae 1, 3.

Daemon 36, 1. 3. 4. a daemonibus obsessi 46, 6.
daemonium 44, 2.
dare. — data oratione 33, 2. 36, 4. *cf.* reddita oratione 16, 5.
decimas frugum pauperibus impendebant 17, 2. 4. 18, 1. 2.
depositio 41, 1. 44, 6. 46, 5.
desperanter 19, 2.
destinare (mittere) 19, 5. 24, 1. 30, 1.
devians 29, 2.
diabolus 36, 3. diabolico spiritu 22, 3.
diacones 11, 3. 16, 1. 4. 19, 4. diaconus 16, 6. 19, 3.
difficillimam (*h. e. difficillimam impetratu*) 28, 2.
dilectionem tuam 21, 1.
dirigere (mittere) Eugipp. epist. 3. Paschas. epist. 2. Vita 8, 2. 4. 17, 4. 19, 3. 4. 32, 1. 37, 1.
discretionis divinae examinatione 43, 4.
discussus 1, 5.
disertitudine Eugipp. epist. 2.
districtiore ieiunio 38, 1. districtius 30, 2.
diversitate remedii 6, 1.
dum provenisset 40, 6. (*cf.* cum provenisset 43, 9). 45, 1.

Edicere (= dicere) Eugipp. epist. 1.
elefantiosus 34, 1.
elementum liquoris 28, 2.
energumeni (daemonio correpti) 36, 3.
episcopus ordinatus est 4, 2. 9, 4. 21, 1. 36, 2. 41, 1. 46, 2.
erepti a vastatione 31, 5.
eruit a potestate daemonis 36, 4.
evectio mercatorum 28, 2.
excessibus suis 36, 1.
excubiae monasterii 35, 2.
expleta psalmodia 30, 3. abstinentiae remediis expletis 36, 4.
exprimens solitum sermonem 28, 3. praesagio quo eum expresserat regnaturum 32, 1. expresso signaculo crucis 15, 3. 28, 3.
extensione pendula 15, 1.

Facibus feminei furoris exaestuans 8, 2.
feralis coniux 8, 1. excursio 30, 1. feraliter 25, 3.
fore perituros 24, 1.
fragrantia 44, 6.
fugitivus Eugipp. epist. 9.
funus (cadaver) 44, 7. 46, 3.

Genitivus. — presbyter Italiae Eugipp. epist. 8.
gratanter 19, 3.
gratulabundus 32, 1.
gustum suavissimae promissionis dirigens Eugipp. ep. 3.

Habitus (*accus. plur.*) vestis 9, 1.
haeretici hostes ecclesiae 4, 12.
hebdomada 27, 3. hebdomadem 39, 2.
humanitatis (*h. e. eorum, quae natura humana requirit*) 30, 1.

Impresserat patibuli signaculum 15, 4.
in secundo a Favianis miliario 10, 1. 31, 2. in servitio redigi 31, 4. in sua fide susceperat 31, 6.
incentiva libidinum 9, 5.
incessabili dolore 46, 5. incessabiliter 44, 2.
incubans fortius orationi 27, 1.
infinitivus. rogavit presbyteros abscedere 16, 1. rogans mundari 33, 1. rogat se duci 46, 4. venerat non ministrari sed ministrare 28, 3. instruitur replere 28, 5. — infinitivus praes. pro fut. promittens obviare 8, 6. nequaquam eos venire signavit 17, 4. credo te impetrare 33, 1.
ingerentibus se presbyteris 22, 1.
inhaererent orationibus 1, 2. deo propitio 4, 7. vestigiis 9, 4. nefandis sacrificiis 11, 2. responsis eius 35, 1.
inquirite patriam caelestem 43, 3.
intimanda commendavimus Eugipp. epist. 6. sibi intimaret 9, 1. 41, 1.
intuitu promerendae benedictionis 7, 1. quantum ad hominis spectat intuitum 43, 3.
ipse (= idem) 6, 4. 39, 2.
iter suum (mortem) 42, 1.

Iugalis (= maritus) 46, 1.
iugis 39, 1. 40, 2. 43, 5. iugiter Eugipp. epist. 6. iugitas 35, 2.
iussione paterna 26, 2. iussionibus eius 8, 6.
iustificationis augmentum 4, 11.

Leprosus 26, 1. 34, 2.
limes. — pro custodia limitis 20, 1.
linteaminibus 44, 7.

Magnalia 4, 9. 13, 2. 34, 2.
malitia praesentis temporis 12, 2.
mane facto 30, 4.
mansores (incolae) 12, 1. 15, 1. 22, 4. 27, 1.
materialibus armis 27, 2.
matutinus 31, 2.
mausoleum 46, 2.
meruit mutare 34, 2. meruit effici 35, 2. merear muniri 42, 2. familiaritate quam meruerat 25, 1. transire mereantur epist. Eugipp. § 3. *cf.* promeruit 9, 3. promerendae 7, 1.
migrentur 31, 5. transmigrato 44, 4.
ministeria altaris 44, 1.
monachi 22, 1. 26, 1. 2. 30, 2. 36, 1. 4. 37, 1. 38, 2. 43, 5. 6. 44, 5. (mon. S. Severini 35, 1: *nisi* S. Sev. *interpretamentum est vocis* eius, *quae sequitur*). *cf.* fratres 38, 1. 40, 4. 43, 1.

monasterium 22, 4. 23, 1. 25, 1. 31, 6. 35, 2. 36, 1. 37, 1. 44, 3. 46, 6. monasterii aedituus 10, 1.
mortificanda incentiva 9, 5.
multiplici contritione 8, 4.

Nemora silvarum 30, 4.
nimietate glaciali 4, 10.
nimio (= magno) stupore 29, 4.
novisse. — noveris 42, 1.
numerus (militum romanorum) 20, 1.

Obtentu memoriae eius 40, 6.
occursio 31, 2.
in occursum regis egrediens 31, 2.
oratio (= preces) 15, 3. saepissime.
oratorium 39, 1. 2. 45, 1. 2.
ostiarius (= ianitor, aedituus) ecclesiae 16, 2.
ostio oris sui clauso 45, 1.

Papula mortifera 38, 1. 2.
particip. fut. pass. — se occidendum 5, 1 (= se occisum iri). offerendum 17, 4. hostes superandos 27, 1. eos capiendos 30, 3. — violandus sit 22, 3. — superanda (= superari posse) 9, 5.
particip. perf. pass. — perlato sibi 5, 3.
particip. praes. pro part. perf. — recedens 4, 6. accipiens 4, 9. transfigentes 8, 3. perlustrans 16, 2. exeunte 16, 4. descendente 22, 4. complentibus 25, 2. praeparantes 30, 4. me discedente 42, 1.
pascerentur pauperes 17, 1.
pergo. — ut cum eis pergeret 3, 1. perrexerit 6, 3. cum pergerent ad Italiam 7, 1. 22, 2. 3. saepius. — pergite, quo coepistis 29, 2.
persuasor 10, 1.
perveho. — quibus eum relatio pervexerit veritatis Paschas. epist. 2.
petitur minora 8, 5.
pontifex eiusdem loci 30, 2. pontifex sedis romanae 46, 2.
postulantem eos, ut 23, 1.
praedicere. — praedictorum 27, 1.
praedictor 43, 9.
praerogativam usurpare 43, 2.
praesagium 32, 1. 44, 3.
praestare. — praestitit deus te sacerdotem fieri Eugipp. epist. 9.
praestruere (= instruere) 25, 2. 28, 1. 30, 1.
praesumsit percontari Eugipp. epist. 10. gerere praesumebat 31, 3.
praesumtione temeraria 9, 2. non sine praesumtione quadam Eugipp. epist. 2.
praeteriet 41, 2. praeterire non posse 43, 9.
presbyteris, clero, civibus 1, 2. presbyteri nostri 11, 2. per presbyteros loci 11, 2. 12, 1. presbyter castelli 16, 1. cum presbytero et diacone ianitoribusque duobus 16, 4. *cf.* 16, 6. 19, 5. 21, 1. 22, 1. 41, 1. 2. 44, 5. 45, 2. 46, 1. spiritualis vitae presbyterum 24, 2.
primicerius cantorum 46, 5.
primitus 8, 3. 41, 2.
probaverunt 1, 2. probaturos 32, 2.
proficere. — qui cum proficerent talibus institutis 3, 2.
profligare. — vestes, quas pietas profligaverat (= effecerat ut colligerentur) 29, 1.
promeruit 9, 3 (~ sibi conciliaturus sacravit, *cf. Roensch, Itala et Vulg. p. 377*). *cf.* merere.
promittens se nequaquam ultra obviare 8, 6.
prophetiae gratia 9, 1. gratiam propheticam 30, 5. propheticae benedictionis 43, 2.
propria (= sua) 11, 4. 12, 4. 7. 14, 3. 25, 2. 44, 4.
prosperitatibus 31, 3.
provenerat 29, 4. 40, 6. 43, 9.
providus pietatis 40, 6.
psalmodia expleta 30, 3. 39, 1. 44, 5.
psalterio decurso 11, 3.
pulsari dolore 43, 1. pulsatus nutu signove 45, 2.
putasne 1, 5. 9, 2.

Quantocius 8, 1. 10, 2. 27, 3. 42, 1.
quasi vetiturus 12, 2.
quatenus (~ ut) 11, 3. 30, 1. 42, 2.
quia (~ accus. c. infin.) Eugipp. epist. 9. Vita 8, 3. 42, 3.
quilibet (= quicunque). qualibet occasione volueris 42, 2.
quo (= ut) Eugipp. epist. 9. Vita 43, 4.
quod (~ accus. c. inf.) perlato sibi quod 5, 3. negantibus 6, 4. confido 8, 3. 31, 5. dicentes 8, 3. credentes 11, 1. 14, 2. 27, 1. cognoscatur 14, 3. cogitavi 16, 3. polliceor 18, 2. scitis 43, 2. respondentibus 46, 4. — eo quod 19, 1.

Rebaptizare 8, 1.
recensere Eugipp. epist. 3. Paschas. epist. 2.
regimine consueto 22, 3.
regnavit Italiae 7, 2.
reprobus 43, 5.
retransmisit 8, 4.
reverendissimus 8, 5.

Sacramento communionis accepto 43, 8.
saecularis litteratura Eugipp. epist. 2.
saeculum. — praeterire cum saeculo Paschas. ep. 2. de saeculo recessurus 43, 2. blandimenta saeculi 43, 6.
in omnibus sanctificatis 43, 7.
sanitatum remedia Eugipp. epist. 6. sanitates (= sanationes) 38, 2.
satanas 36, 2.
scamerae 10, 2 [*Menander Protector frg. 35 (C. Mülleri frgm. hist. graec. 4 p. 237)*: οἱ σκαμάρεις ἐγχωρίως ὀνομαζόμενοι. *Iornandes de rebus get. c. 58*].
sedes peregrinationis suae sortiti sunt 44, 7.
seniores nostri 43, 9.
si (= num) 17, 4. si quo modo 43, 5.
signaverant 25, 2.
siquidem 5, 1. 43, 4.
sospitas 33, 2.
speciem in illis locis difficillimam (~ rem, mercem) 28, 2.

sperare (~ petere) 19, 4. 32, 1. 43, 4.
spiritum contribulatum 43, 5. spiritus immundi 45, 1.
suaderetur redire 26, 1.
subdiaconus 16, 6.
subiugabat carnem inediis 4, 9.
sublimatus talibus virtutibus 4, 11.
substantia pauperum 42, 1.
sufficientiam omnem paupertatis suae 30, 1.
suffusione maeroris 43, 8.
supplebis opere vota 6, 3. suppleto sacrificio 13, 2. oratione suppleta 23, 1. imperata supplevit 24, 3.
susceptor 1, 5.

Tam flagrabat 11, 1. tam vastissimam 40, 5.
tantum nec prospera nec adversa retraherent 4, 5. tantum ne — praetermittas 5, 2. tantum non vacillet 18, 2. tantum ne — obducas Eugipp. epist. 3.
totius auctoritatis vir Eugipp. epist. 8. totius gratiae largitorem 34, 1.
transibis (= morieris) 5, 2. 35, 2. 40, 1. 41, 1. 2.
tribulantium turbis 9, 4. *cf.* contribulatum.
tribulatio 37, 1.
triduana ieiunia 11, 2. 25, 2.
triumphatoribus 31, 3.
tutare 30, 4.

Ubi (= quo) 15, 2.
utrum (= num) 16, 2.

Valere. — quanti valeat 12, 4. 31, 3. multum valeat 12, 1. 30, 5.
vegetetur obtutus 35, 2.
vestigiis omnium provolutus 12, 6.
vetiturus locustas 12, 2.
victualium nihil 30, 4.
vigiliarum mearum 41, 1.
virgo consecrata 16, 2.
visitatione divina compulsum Eugipp. epist. 10.

Typis expresserunt Breitkopf et Haertel Lipsienses.

LIPSIAE, TYPIS BREITKOPFII ET HAERTELII.